ORATIO PANEGYRICA AD ILLUSTRISSIMUM, & REUERENDISSIMUM BARTHOLOMAEUM...

Giovanni Battista Fabri





NAZ. CENTR.
BIBLIOTECA
204
14 F
15
VITT. EMAN. II
ROMA



ORATIO PANEGYRICA

Ad Illuſtriſſ. & Reuerendiſs.

BARTHOLOMÆVM GERA.





ORATIO PANEGYRICA

Ad Illustrissimum, & Reuerendissimum

BARTHOLOMÆVM GERA

Iuris Vtriusque, nec non Sacr. Theolog. Doct.
Venetiar. Proantistitem General. & modò

IN EPISCOPVM FELTRENSEM ELECTVM

Edita, ac proclamata

A Io: Bapt. Fabri I. V. & Phil. & Medic. Doct.
Communitatisq; Cadubrij Medico Publ.

Illustrissimo, & Excellentissimo D.

D. PETRO BASADONA,

Equiti, & D. Marci electo meritis Procuratori, &c.
consecrata.





PATAVII, Apud Matthęum Cadorinum, 1663.
Superiorum Permissu.



Illustrissimo, ac Excellentiss. Dño Dño


PETRO BASADONA

Senatori Optimo, Togato Equiti, & generoso,

D. Marci meritis electo Procuratori, ac apud Alexandrum VII. Pontif. Max. pro Serenissima Repub. Veneta Romæ Legato,

Meo Patrono singularissimo, perpetuam felicitatem.

D. P.





I generosa tua Domus, totque in ea præclarissimorum Heroum originem ex vetustatis maiestate longissimè repeto, Illustrissime, & Excellentissime Orator! nullus vel antiquæ Nobilitatis notis,

vel magnificis inuictorum hominum facinoribus, vel quouis optimo virtutum, bonorumque genere illis antecellit. Maiores enim tui ea semper felici sapientium animorum præstantia, ea prudentissimorum consiliorum æquitate, eaque omnium virtutum regnarunt affluentia, vt inter maiora Reipubl. lumina, ac columina semper eminentes iustis, sanctis, pijs, optimisque auspicijs non tantùm priuatam Domum, verùm, & vniuersam Rempubl. continuata longi temporis propagine mirificè rexerint, & adauxerint. Sed quod caput est: pro lege sancitum, pro singulari inclytę Domus prærogatiua hoc vnum illi habuerunt, vt doctissimos literarum amantes, ac quosuis Musarum alumnos prolixa beneficentia, liberalitate, ac tutela sibi deuinctos compararent. De quorum præconijs ob temporis angustias pauca addo, quandoquidem Tu, veluti inclusa Nuci Ilias, omnia illorum opera, omnesque virtutes referens multiplicibus encomijs per vniuersum orbem decantaris apertius. Sapientissimus ille, ac frequentissimus Venetiarum Senatus in ipsamet tui vitalis spiritus aurora probatissimos mores, diuini animi tui speciem, ingenitam sublimis indolis, & spectandam corporis maiestatem fuit demiratus: nam etiam olim inter maiora Veneti Cæli luminaria refulgescens, præcipuis sustentandæ Patriæ ponderibus non solùm præfuisti, ijsque, ac tuo nomini quammaximum attulisti decorem, sed etiam in remotissimas quasque terrarum plagas nitidissimos tuarum virtutum radios effudisti. Brixia præ cæteris, cùm Publicus

ibi

ibi Præfectus diuerteris, tuam innatam prudentiam, sapientiam, iustitiam, omnesque alias laudatas virtutes ad hanc vsque diem commemorat. Quid heroicum, quid generosum in Austriaca Aula non peregisti? vbi ad August. Hispaniarum Regem pro Serenis. Æternaque Republ. tam magnificentissimo apparatu, tam spectabili animi tui celsitudine, tam eximio tuarum virtutum splendore publicum Legationis munus obijsti: In Patriam redux, neque his acquieuisti ad publicam vtilitatem, ad supremos honorum fasces vatus. Iam iterum pro Augusta Veneta Maiestate ad Sanctissimum Dominum publicus, ac Ordinarius Orator, in ipsamet Legatione, solis dumtaxat tuorum factorum, ac gestorum promeritis ad Procuratoriam D. Marci dignitatem ab æquissimis P. C. fuisti promotus. Hinc Roma Religionis Apex, Te, veluti nouum aliud Sapientiæ Oraculum contemplatur, qui solerti administrandarum rerum prudentia, diligentia, dexteritate, ac maturitate præditus vniuersum propè terrarum orbem in tui admirationem allicis, attrahis, rapis. Hocque, vel maximo est tibi ornamento, qui omnigenarum scientiarum pariter, ac ingeniorum imperium obtinens insolubili quodam amoris vinculo literatos viros tibi coniungis; illorumque opera à pura virtute dimanantia mirandum in modum foues, & in dies magis, magisque ad altiora prouehis. Ex infinita doctissimorum virorum phalange, qui ad tuum Asylum certatim confluunt, Testis sit Illustris. & Reuerendissimus Bartholomæus Gera, qui aliàs vir

anti-

antiquo, ac prænobili sanguine ortus, omnium scientiarum genere cumulatissimus, ac de quauis dignitate optimè meritus, Te Romæ degente nunquam de tui patrocinii calore diffusus est, quin ad Feltrensem Infulam admitteretur: Cuius viri merita, licet vbique terrarum patescant, etiam ego aliqua ex parte in omnium oculos afferre statui. Hærent alii per multùm dubij, priusquam suorum laborum aliquem è sententia sibi asciscant Patronum: Mihi verò secus obtigit: sublime enim tuæ Claritudinis nomen quouis dignius, quouis præstantius meum statim rapuit animum, qui, cùm Patriæ amor, publicaque vtilitas in his montibus cælum ipsum quasi tangentibus me detineant, altissimam præ aliis, amplaque obductam basi tuarum superiorum virtutum Pyramidem de his montium summitatibus conspicio assurgentem: & tua fama toto terrarum orbe vagata non modò solitas, nobilioresque, sed etiam quasuis abditas aeris regiones, imo ipsamet ignis confinia tumultuario quodam, ac peracuto sono flagellat. Qua super re immensi tui nominis tuba excitatus præsentem Panegyrim sub tuis auspiciis typis mandare decreui; quæ, cùm ex rudi, infimàque Mineruæ excudatur, tanto Reipublicæ literariæ Mecœnati dicari, inscribique erubescit, nisi hoc fuisset solatio, quòd

Sæpè placet magnis munus agreste viris.

Amplitudo igitur tua exiguum hoc munusculum, veluti obsequiosas deuoti animi primitias inspiciat, ac æqui, bonique consulat, supplex rogo: dum ego Deum Opt. Max ex peni-


penitiori animi recursu deprecor, vt Te incolumem, ac sospitem ad communem literarum gloriam, ad publicam Veneti Imperii vtilitatem, ad supremum denique Principatus, vel quoduis aliud maius honorum fastigium quamdiutissimè seruet, sospitet, fortunet.

Datum Cadubrii, 1. Nouembris Omnibus Sanctis sacro: Anno reparatæ Salutis MDC LXIII.

Amplissimo, ac excelso nomini tuo

Deuinctissimus, & Humillimus Seruus.

Ioannes Bapt. Fabri Doct. Cad.



Communem, tutámq ferunt Spem Lilia: nullo
Hæc campo melius luxuriare ualent.
S. B. F. D.



ORATIO PANEGYRICA

Ad Illuſtriſs. & Reuerendiſs.


BARTHOLOMÆVM GERA



IN EPISCOPVM FELTRENSEM ELECTVM

Edita, ac Proclamata

A Ioann. Bapt. Fabri. I.V. & Philoſ. ac Medic. Doct.



AGNAM certé, cunctiſque bonorum hominum auſpicijs expetitam lætitiam fælix, fauſtuſque attulit nuncius (Illuſtriſsime, & Reuerendiſsime Antiſtes) nimitùm, quòd famâ tuarum virtutum loquaci, tuorumque promeritorum oſtentatrice olim à Superna Mente factus, nunc demum ab æquiſsima Alexandri Septimi Pontif. Maximi indulgentia, gratia,& pronunciatione in Epiſcopum Feltrenſem diuinò conſilio electus ſis. Præclarus honor, præclaruſque dignitatis ſplendor illi accedit, cui inter Eccleſiæ Pontifices recenſeri conceſſum eſt; hoc enim generoſo virtutis tramite ſemel factum, futurum eſt perpetuum. Tanti Viri geſta,ac merita inſolito nouoque laudis genere dicant plurimi, multique, quos chalybeato Sapientię ſcuto, facundiſque Tullianæ eloquentię horreis Pallas muniuit, dicturi ſint. Ego verò, quem tanto muneri obeundo

auara natura imparem fecit, ingenijque, cuius etiam meipsum pœnitet, non immemor, ea dumtaxat, vel importunior, vel audacior Panegyri vela pandente complectar, quę iustis, necessarijsq; officijs neque ab hoste assolent silentio præteriri, quæ sunt huius propria lætitiæ, qua nouum Antistis nomen est additum, qua conspicuo te loco constitutum intueor, quaque diuinarum nuptiarum festa omnium acclamatione in præsentia celebrantur. Equidem video, quám multiplicia gaudentium studia ex hac æquissima promotione vndequaque floreant, quantaque existat fama, quę discursus cum auium alis mutuata sexcentis, & amplius sonora vocibus iam omnium hominum gratulationibus consecratur: hæc gratorum animorum significatio facunda nimis, angustiasque clausi pectoris aspernata sui ostentatione non potest abstinere. Neque tamen tam prolixa lętitiæ attestatio eó deuenit erroris, vt adulando iudicij veritatem deuenustet, quandoquidem stuporis magnitudo, & gratulantium copia locum nullis plausibus reliquerit. Roma, præcipuum Religionis domicilium, Germanum doctissimorum hominum ex omnibus orbis terrarum partibus confluentium receptaculum, & ingeniorum discriminatrix maximo gliscit gaudio, talem præ multis inuentum esse Heroa, cui vitę sanctimoniá, gubernandi experientiâ, factorum exemplo, omni denique scientiarum cognitione inclyto perarduam animarum tutelam tutó possset

ſet committere: Et ſapientiſſimus Venetiarum Senatus, negotiorum, rerumque publicarum curam in nouum lętitię vſum vertit, cunctiſque calculis ſalubrem approbat electionem; cui iamdudum Bartholomęi Gera notę erant ſexcentę animi dotes, notæ vires, notę genij, ingenijque facultates, & in rebus Orthodoxę Fidei adminiſtrandis, augendiſque, ac ſubditorum animis erga Venetam Maieſtatem amore conciliandis perſpecta fuit diligentia. Hinc innumerę Sacerdotum phalanges, quibus priùs notus eras (quis autem bonorum, quę doctiſſimorum virorum melior pars, quæque illuſtriores Italię partes, & ciuitates te non nouerunt) ipſaque tum Veſtalium Virginum, tum religioſiſſimorum Patrum cęnobia, qui ſub Veneti Imperij clemenria terris cari, Superis grati, ab armorum ſtrepitu, à tubarum clangore, á negotiorum procellis, à voluptatum illecebris immunes degunt, ſolitudinem tantúm, ſuique amantes abiectionem, mirâ geſtiunt iucunditate. Hinc vniuerſus concordi obſequiorum expreſſione populus, hinc par clamor, hinc par articulatio inſolentem tibi inuehunt applauſum. Hinc ſaluberrima elementorum concordia, totuſque cœlorum, ac ſyderum gyrus maiori temperamento tuę glorię fauent, vnde non aeris inclementia, non ęſtuantis Oceani fluctus, non ventorum rabies, non imbrium tempeſtates curſum præpediunt, quominus vnuſquiſque ob emicantes tuę fęlicitatis radios, ſolis inſtar omnium

animorum recessus pellustrantis, glorietur. Hinc Cadubrium tibi nutrix, tibi altrix Patria ex penitioribus viscerum ergastulis ad omnium inuidiam tam eximio obstrepit solatio, quę paucis antè diebus, dummodo Illustriss. & Generosiss. Fratres, Iacobus tibi amantissimus Nepos, & Ioannes Poli, toto annuente Senatu, totoque applaudente Supremo Consilio augustissimo Venetæ Nobilitatis Albo fuerunt inscripti, vberrimam acceperat voluptatem: nunc verò nouo quodam (tuorum tamen meritorum securitate etiam ante inaugurato) lętitię habitu incedit, quod optimo iure, optimoque Cadubrij ornamento inter Ecclesiæ Archimandritas fueris cooptatus. At quanto candidiore nitore hilaritatem ostendit Cadubriensis Clerus, quandoquidem etiam isti talis honoris accersio communicatur, quorum licet secùs sit comparatum, prorumpens tamen officiosum munus inter arcanas obliuionis scatebras patrij Sacerdotes non coercent, neque eò redacti sunt deficientiæ, vt illorum ingrati, indisertique animi fama sit subeunda, ideo si minus eloquens, debitum saltem officium, debitumq; obsequium haud patiuntur desiderari. Omnium denique maximè antiquissimi Feltrenses Nobiles, nobilissima Vrbis męnia, populique vniuersi, seu sub Veneta, seu Cæsarea tutela collocati, quibus certo omine te Pastorem Deus Opt. Max. præfecit, manifesto quodam iucunditatis sensu exultant. Ecquid vn-

quam

quam liberatis viris vtilius ad irritamentum, quid rebus humanis nobilius ad gloriam, quid pupillis populis certius ad salutem contingere potuisset, quàm Virum de virtute optimè meritum, præclarisque facinoribus iam fermè senescentem ad Tyaram venerari promotum? qui æquitate, nomine, fælicitate, bonorum opulentia, innataque ad regendum, ac iudicandum dexteritate, aut nemini, aut certè æui nostri paucis secundus à sanioribus existimatur: quibus fundamentis in Principe deficientibus tum diuinarum, tum profanarum incrementum in præceps ruit. Ad hos eminentiores dignitatum apices, non vanis veterum augurijs, non fabulosis auium, extorumque animalium portentis, non callidis Sinonis astutijs, non effæminatis histrionum cantilenis, non auri, argentique, vel studio, vel præmio, non tumidis supercilijs, non occulta fatorum potestate, vt obtigit illi osculando terram; non iniquis tabulis cuique licet adspirare. Illi ex tot grauissimorum hominum consessu sceliguntur, quorum virtus, fides, & prudentia à multis fuerunt proclamata, multis salutem, multis magistratibus decorem, multis legibus attulêre maiestatem, quę virtutes non balbutientium interpretum enodatione, non ambiguo auscultantium aurium sono, sed ipsa re, ipsismet oculis comprobantur, fidemque cunctis faciunt iuratam: Et sicuti omnium rerum, ciuitatum,

Regnorum, ac Prouinciarum, ita Antistitudi imperia á minori bono ad optimum semper assolent transferri: Huiusmodi ęquissimus ordo à prudentissimis Romanę Curię oraculis per quamuis temporum intercapedinem in more fuit habitus, vt ex illo ęconomico beneficiorum seminario altiores, clarioresque Stellas, Planetasque à quauis Eclypsi immunes ad honorum sphęras, ad sedulas animarum legationes discriminarent. Hęc est vera ęquitas, hęc regnandi norma, hęc propagandę fidei voluptas nunquam satis laudanda: Antistitis obitu vulnerata continuo dolore nobilissima Vrbs Feltrię discruciebatur, quam dilationis impatientem serus reficiebat nuncius, tandem communi mærori factus fuit modus: liquidum magnus ille Antenorei Archilycęi fulgor, tutissimum cunctarum Legum columen, ac restaurator, clarissimumque Vincentię Vrbis sydus M. Marchianus suo Episcopo datus omnium expectantium curas instaurauit; qui persolutis, vt moris, & religionis est, sacris cęremonijs Romę valedicens Venetias appulit Feltrum versùs: Cuius aduentus certior factus Bartholomęus Gera Venetijs diuertens maximo corripitur gaudio, quo sui vix compos, M. Marchiano, cum quo amicitia longâ adoleuerat ętate non vulgari grati animi significatione de dignitate gratulatur. Proh Deum Immortalem! quàm inextricabilibus inuolucris consilia fortunę sint abdita: Supremus enim ille cunctorum gubernator Deus ex alto nos despicit

axe,

axe, qui licet profundos cogitationum recessus concipiamus, licet spem firmissime pyramidi cęlatam conijciamus, licet vice versâ calamitate oppressi omnimoda fiduciâ destituamur, tota tamen diuinitate se insinuat, nec fieri permittit, vt, donec hac vitali aurâ fruimur, diuinum nobis lumen non impartiatur, ille solus iudex, ille arbiter, ille rector, ille domitor existit, qui hominum merita, meritorumque vicissitudines solus pensitat, metitur, examinat. Tu tenerrimis, amoreque plenis officijs M. Marchiano Episcopo obsequebaris, & nescius tibi ipsi obsequebaris, nesciebas te futurum esse Feltrensem Episcopum, & cras Episcopus. Sed ecce! infortunato sydere M. Marchianus in inopinatum incidit morbum, cui debellando vani Archyatorum accessus, vana illorum perita consilia, vana denique quæuis Æsculapicę artis auxiliatrix manus: at ille cùm nullis aut laborantis naturæ, aut medentium pręsidijs se sublevatum iri deprehendisset, hoc ad extremum, pro salubriori animæ explicatione voluit manifestum. Iam ad illum, inquit, communem fati articulum redactus sum: faxint velim Superi, vt, si ad maiorem illorum gloriam, & honorem cedat, priusquam de me transactum sit, æternam animo stabiliant meo incolumitatem, deinde, vt Pastorali Feltrensi Tyarę, ad quam Apostolicę Sedis gratiâ vocatus sum, salubriter consulatur: noui enim illius pręfecturę negotia, multorum iacturâ, patrimonij distractione, nonnullisque

vexari difficultatibus, iudicij igitur, prudentiæque maturitate opus esse omnia iura clamant. Iam in multas partes accitus, totaque ferme Italiâ peruagatus sum, atque de plurimis ingenijs periculum feci: qua de re, vt meę partes sunt, fateor quod res est, & sine affectus suspicione Deum testor, quod ad tantum onus pro honore subeundum nullus sit reperire dignior, nullus melior, quàm Bartholomæus Gera Venetiarum Proantistes, tam iustus, tam piùs, tam prudens, tam doctus, tam misericors Sacerdos. Paulo post efflante spiritu, manantibus omnium lachrymis ab inuida Parcarum Atropo è medio fuit sublatus. Quo extincto Feltria, quæ nondum priorem crudum decoxerat dolorem, peiori iam saucia æstuabat, conceptamque hilaritatem hæc tristitudo contraxerat, quod tantum bonum sibi casus inuiderit. Quare nobilissimi Ciues, cunctique populi Antistite orbi viduabant, ipsaque viduata altaria funestis luxuriabant victimis. Desiderabatur vigilantissimus animarum Pastor, & quando prior fato concessit, eadem est certissima iuris fides, nisi melior, saltem æqualis successor, qui non iure hæreditario, sed virtutibus emineret. Hoc autem discriminis inter defunctum, & futurum Antistitem exquirebatur, quod si ille à multis defleretur, iste à multis virtutum amore expectaretur: & qui erat in priore immodicus votorum applausus, iam non valeret nisi illum ambire aptissimum, cuius comes, appendixq;

docti-

doctrina exaninatam vrbem inuiſeret, excitaret, recrearet. Maximo certè prærogatiuarum cumulo illum fulciri neceſſum eſt, qui proprijs humeris nobiliſſimos ciues, plurimoſque diſparis nationis populos debet conſedere. Experientiâ namque compertum eſt, arcem inuincibilem, & firmiſſimum munimentum eſſe Pontificum mores á quauis minimę labis indicio extorres: Imperantium vita cenſura eſt, quæ omnium oculis perpetuó oberrat, & cum ad huius normam dirigamur, non tam ſceptro, quàm exemplo indigemus. Sequacem enim ſunt ancipites populi, à maioribuſque in quamcunque trahuntur partem, æquâ lance, aut bonas, aut prauas amplexi diſciplinas. Hoc interim multi grauiſſimi viri ſummâ gratiâ, ſummaque autoritate pollentes, Romę commorati, vt tantæ dignitati præferrentur, nihil omiſerunt intentatum. Tu veró Illuſtriſſime, & Reuerendiſsime Gera! ſingulari animi modeſtiâ, ac ſubmiſſione ſupra conſuetudinem, ſupra naturam, ſupra mortalitatem aulas exoſus Venetias incolebas: cùm illuſtrium virorum fortuna nullo periculo longius abſit, quàm ab humilitate: verùſque honor non in ſplendore titulorum, ſed in hominum iudicijs reponatur; illeque proximior ad perfectionem aſcendat, quando magis recuſat. O factum bené, ò factum memorię, litteriſq; conſecrandum! Tuæ ſemper fuit magnanimitatis, deſiderato honore abſtinere, tui moderati animi alijs cedere, tuorum meritorum

fuit per alios frui honoribus. Quærebatur magnæ eruditionis, maturique iudicij minister, cuius fidei, tutelæque tam honorificum demandaretur onus, ingens Bartholomæi Gera nomen cęteris fuit antepositum: Iurisdictio sacrarum literarum cunctarumque legum scientiam requirebat: Tu prę multis dignior es visus, qui si omnia iudicia essent corrupta, ea posses ad pristinam reuocare autoritatem: quęrebatur, qui res Dei á contentiosis foris eximeret, extirpataśq; in pristinum restitueret, Tu cunctis calculis optatus, in quo summa rerum cognatio suum posuit habitaculum: quærebatur, quem fama, quem gloria, quem pietas ad sydera vsque atulêre te cunctorum vota pronunciarunt: quęrebatur denique, qui vbique locorum, & gentium suæ integritatis testimonia reliquisset, Tu ad iudicandum, tu ad tantam prouinciam subeundam aptus fuisti, qualem spectabili corporis maiestate, parique fortunâ imperium commendat, obnubilat tamen cęteras tuas laudes hęc maior laus, quód Tu ex hoc grauissimo doctissimorum hominum apparatu omnibus numeris, qui ad honorum pompam sese exporrigunt, absolutorum, solus expanso tuorum encomiorum vexillo solis instar quo orto sicuti omnia lumina nostri climatis aciem effugiunt, sic effuso tuarum virtutum splendore omnium concurrentium lux euanuit, vt ex Virgil. Eclog. 2.

Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Tu,

Tu, inquam solus, optimus ex omnium optimis ad Pastorale munus fuisti destinatus. Verumtamen hoc vnum amplitudinem tuam exequat, quód si premio laudis augendus es, qui tanto honorum fastigio impartiris, non ieiuno ore tribuenda est illi laudatio, sub quo accepisti: magnus profectò, ac æternitatis sigillo in memoriam reducendus, qui tantum virtutum præmium demeruit, sed verè maximus est ille, qui dedit benemerito. Alexander igitur Septimus Pontifex Maximus superno afflatu admonitus ex tot Illustrissimorum hominum comitio Feltrensem Infulam in te contulit, cui mille gratiarum actiones agamus, cui millenam annorum seriem, cui perpetuam á Superis contendamus felicitatem necessium est. Bonis Principibus benè parta libamus; & supremus ille rerum opifex hoc habet, ne quid vnquam, aut tectum, aut occultum esse patiatur; sumas verò non modò omnium Regum, ac Pontificum regias, sed penitiores etiam secessus recludit, omniaque illis arcana noscenda insinuat, & explicat. Ad hæc, vt in magnis viris amat fieri, summa virtus, summaque fælicitas te extulerunt: Tuis enim maximis virtutibus alios superasti, maiorique fælicitate dignum est, quód sublimi tuorum meritorum testimonio inter Ecclesiæ Principes connumeraris. Magnum erat decoris emolumentum Venetijs de summo Tribunali summum ius dicere; hoc tamen emergit discriminis, quod ibi plu-

res amabas, pluribusque obsecundabas; non autem á pluribus amaris, plurimique obsequij pignore tibi obsequuntur. Venetijs publicis diuinarum rerum negotiis diu, noctuque intendebaris: hîc alijs ad tui arbitrii signum intentis imperas. Hoc autem prę multis singulari sit tibi solatio, quòd, licet tuarum virtutum fama iam vltra Herculis columnas prætergressa nullis confiniorum terminis definiatur, illam tibi prælegeris Sede, vbi etiam Cadubris tibi amantissimæ Patriæ, familiaribus, ac quibusuis viris tibi consanguinitate coniunctis degeres proximus. Et nisi omnia natale solum delectares, non Ægyptii comburentes Phæbi æstus, æstuantesque Nili pulueres, non Scythæ, aut Getę austera littora, non aues, quibus totus orbis nidum contruxit, inacersos, præruptos, rigidosq; montium saltus incolerent; sic Te, qui summo amore Patriam prosequeris, quouis temporis momento ex amęno Anaxij amnis prope Feltriam præterlabentis sono illa habebit salutatum. Tuæ postremó fęlicitati hæc quoque accedit singularis, quòd Feltriæ sit viuendum, quæ ciuitas Viros generis antiquitate vetustissimos, sanguinis claritudine nobilissimos, rerum familiarium commodo potentissimos, omnium scientiarum penu præclarissimos, ac omnimoda in omnes homines humanitate celeberrimos nutrit? Verùm; omnium maximè ad tui gloriam hoc ducitur, quod per immensum annorum interuallum inuiolatam semper

Fel.

Feltria familiaritatem Cadubrio conciliauerit ad nos tum nobile indole, tum omnium doctrinarum genere, tum omni æquitate memorabiles viros transmittens. Quòd si anteà tantæ Vrbi Cadubrium mutuis officijs paria non retulerit; modò vice omnium Bartholomęum Gera Antistitem illa accepit, fælicemque se iactitans, cui talis hoc tempore animarum custos, ac gubernator oblatus sit, quem tanquam de Cœlo lapsum summis, imisque carum communi, ac concordi omnium clamore, stupentique excipit spectaculo: vnde tota Vrbs cum Virgilio Ecloga 4. de genethiliaco filij Pollionis plaudit.

Magnus ab integro seclorum nascitur ordo:
Iam redit, & Virgo, redeunt Saturnia regna:
Iam noua progenies cælo demittitur alto:
Tu modò nascenti puero, quo ferrea primum
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,
Casta faue Lucina: tuique iam regnat Apollo,
Teque adeo decus hoc aui, te consule inibit,
Pollio, & incipient magni procedere menses,
Te duce si quà manent sceleris vestigia nostri
Irrita perpetuò soluent formidine terras,
Ille Deum vitam accipit, Diuisque videbit
Permistos heroas, & ipse videbitur illis:
Pacatumque reget patrijs virtutibus orbem.

Sed

Sed vnde mihi tantùm confidentię? vt ex tot disertissimis hominibus, qui de optimo Antistite armata Minerua vndequaque ad dicendum disponuntur, tantam etiam mihi assumam prouinciam satis superque memor, quàm inferius sit meum alijs ingenium: appositè enim, & disertè loqui illis est ingeneratum, mihi elaboratum, si quid in medium affero, ex illis tanquam magistris deriuat: Et licet tenuitatis ingenię, tenuisque studij mihi sim conscius, silentij tamen crimine me opprimi, accusarique haud patiar, quominus seruitutis pignore, perpetuæque obseruantiæ monumento etiam ipse de tanto Patrono aliquid coner effari. Quādoquidem laudandus est Bartholomæus Gera generis antiquitate celebris, sanguinis splendore nobilis, gentilitio stemmate regius, Parentibus memorabilis, Fratribus illustris, ingenio, multisque scientiarum laureis insignis, egregijs gestis inclytus, omnium denique honorum summitate felicissimus. Si enim tuorum maiorum primordia, ac nobilitatem debitis effero elogijs; non tibi illud, Illustriss. & Reuerendiss. Antistes, in opprobrium, quod tantoties Ciceroni fuit obiectatum, nimirùm, quod esset vir nouus, humilique indole oriundus; noua enim, sublimiorque hominum conditio solet esse odiosa, imó à quamplurimis elatę frontis nuncupatur ambitio, maximèque, cum iurisdictiones, quibus recèns adscribuntur, nouis, iustis, sanctisque edictis corroborare in-

intendant: Tua autem amplitudo ex antiquissimo stemmate dimanans non odium improbum, sed delectabilem apud quouis homines parit amorem, nec vlla ambitionis vmbrâ afficitur, cui innito etiam ab incunabilis præstantiores fasces orbis præparauit: cum ad laureas, ad tribunalia, ad præturas, ad infulas editus sis à præclarissimis Progenitoribus, qui non his solùm diebus tanquam ignoti è latebris erumpunt, sed ab innumerabili annorum compagine ita colluxêre, vt non modò in Cadubriensem Patriam, verùm etiam in varias terrarum plagas multarum virtutum splendores diffuderint. Tantorum Heroum præclarè gesta, factaque pro dignitate singillatim commemorare, mearum virium opus non est, vtpotè quamplurima specie paria, magnitudine congruentia, vel cogitantium animos caliginosa suffusione offundunt: Ad bonorum tamen hominum intellectum testatum velim, quod in æquissima iuxtà ac præclarissima familia Gera Viri animi doctrinarum literaturâ, bonarum artium disciplinâ, honorificisque titulis excelluerint feracissimi, proindeque continuatis temporum vicissitudinibus, singulari prudentia, gratia, & dexteritate illustrioribus officijs, quæ optimè meritis ciuibus patria elargitur, præfuerint, eaque tanta sunt, vt nulli Veneti Imperij ciuitati, vel generis claritate, vel doctissimorum hominum copia, vel Serenissimi Principis priuilegijs, vel rerum familiarium vbertate, vel maiori quauis autoritate

Cadu-

auara natura imparem fecit, ingenijque, cuius etiam meipsum pœnitet, non immemor, ea dumtaxat, vel importunior, vel audacior Panegyri vela pandente complectar, quę iustis, necessarijsq; officijs neque ab hoste assolent silentio præteriri, quæ sunt huius propria lætitiæ, qua nouum Antistis nomen est additum, qua conspicuo te loco constitutum intueor, quaque diuinarum nuptiarum festa omnium acclamatione in præsentia celebrantur. Equidem video, quàm multiplicia gaudentium studia ex hac æquissima promotione vndequaque floreant, quantaque existat fama, quę discursus cum auium alis mutuata sexcentis, & amplius sonora vocibus iam omnium hominum gratulationibus consecratur: hæc gratorum animorum significatio facunda nimis, angustiasque clausi pectoris aspernata sui ostentatione non potest abstinere. Neque tamen tam prolixa lętitiæ attestatio eó deuenit erroris, vt adulando iudicij veritatem deuenustet, quandoquidem stuporis magnitudo, & gratulantium copia locum nullis plausibus reliquerit. Roma, præcipuum Religionis domicilium, Germanum doctissimorum hominum ex omnibus orbis terrarum partibus confluentium receptaculum, & ingeniorum discriminatrix maximo gliscit gaudio, talem præ multis inuentum esse Heroa, cui vitę sanctimoniá, gubernandi experientiâ, factorum exemplo, omni denique scientiarum cognitione inclyto perarduam animarum tutelam tutó posset

ſet committere: Et ſapientiſſimus Venetiarum Senatus, negotiorum, rerumque publicarum curam in nouum lętitię vſum vertit, cunctiſque calculis ſalubrem approbat electionem; cui iamdudum Bartholomęi Gera notę erant ſexcentę animi dotes, notæ vires, notę genij, ingenijque facultates, & in rebus Orthodoxę Fidei adminiſtrandis, augendiſque, ac ſubditorum animis erga Venetam Maieſtatem amore conciliandis perſpecta fuit diligentia. Hinc innumerę Sacerdotum phalanges, quibus priùs notus eras (quis autem bonorum, quę doctiſſimorum virorum melior pars, quæque illuſtriores Italię partes, & ciuitates te non nouerunt) ipſaque tum Veſtalium Virginum, tum religioſiſſimorum Patrum cęnobia, qui ſub Veneti Imperij clemenria terris cari, Superis grati, ab armorum ſtrepitu, à tubarum clangore, á negotiorum procellis, à voluptatum illecebris immunes degunt, ſolitudinem tantúm, ſuique amantes abiectionem, mirâ geſtiunt iucunditate. Hinc vniuerſus concordi obſequiorum expreſſione populus, hinc par clamor, hinc par articulatio inſolentem tibi inuehunt applauſum. Hinc ſaluberrima elementorum concordia, totuſque cœlorum, ac ſyderum gyrus maiori temperamento tuę glorię fauent, vnde non aeris inclementia, non ęſtuantis Oceani fluctus, non ventorum rabies, non imbrium tempeſtates curſum præpediunt, quominus vnuſquiſque ob emicantes tuę fęlicitatis radios, ſolis inſtar omnium

animorum recessus pellustrantis, glorietur. Hinc Cadubrium tibi nutrix, tibi altrix Patria ex penitioribus viscerum ergastulis ad omnium inuidiam tam eximio obstrepit solatio, quę paucis antè diebus, dummodo Illustriss. & Generosiss. Fratres, Iacobus tibi amantissimus Nepos, & Ioannes Poli, toto annuente Senatu, totoque applaudente Supremo Consilio augustissimo Venetæ Nobilitatis Albo fuerunt inscripti, vberrimam acceperat voluptatem: nunc verò nouo quodam (tuorum tamen meritorum securitate et iam ante inaugurato) lętitię habitu incedit, quod optimo iure, optimoque Cadubrij ornamento inter Ecclesiæ Archimandritas fueris cooptatus. At quanto candidiore nitore hilaritatem ostendit Cadubriensis Clerus, quandoquidem etiam isti talis honoris accersio communicatur, quorum licet secùs sit comparatum, prorumpens tamen officiosum munus inter arcanas obliuionis scatebras patrij Sacerdotes non coercent, neque eò redacti sunt deficientiæ, vt illorum ingrati, indisertique animi fama sit subeunda, ideo si minus eloquens, debitum saltem officium, debitumq; obsequium haud patiuntur desiderari. Omnium denique maximè antiquissimi Feltrenses Nobiles, nobilissima Vrbis męnia, populique vniuersi, seu sub Veneta, seu Cæsarea tutela collocati, quibus certo ominente Pastorem Deus Opt. Max. præfecit, manifesto quodam iucunditatis sensu exultant. Ecquid vn-

quam

quam liberatis viris vtilius ad irritamentum, quid rebus humanis nobilius ad gloriam, quid pupillis populis certius ad salutem contingere potuisset, quàm Virum de virtute optimè meritum, præclarisque facinoribus iam fermè senescentem ad Tyaram venerari promotum? qui æquitate, nomine, fælicitate, bonorum opulentia, innataque ad regendum, ac iudicandum dexteritate, aut nemini, aut certè æuij nostri paucis secundus à sanioribus existimatur: quibus fundamentis in Principe deficientibus tum diuinarum, tum profanarum incrementum in præceps ruit. Ad hos eminentiores dignitatum apices, non vanis veterum augurijs, non fabulosis auium, extorumque animalium portentis, non callidis Sinonis astutijs, non effæminatis histrionum cantilenis, non auri, argentique, vel studio, vel præmio, non tumidis supercilijs, non occulta fatorum potestate, vt obtigit illi osculando terram; non iniquis tabulis cuique licet adspirare. Illi ex tot grauissimorum hominum consessu sceliguntur, quorum virtus, fides, & prudentia à multis fuerunt proclamata, multis salutem, multis magistratibus decorem, multis legibus attulêre maiestatem, quę virtutes non balbutientium interpretum enodatione, non ambiguo auscultantium aurium sono, sed ipsa re, ipsismet oculis comprobantur, fidemque cunctis faciunt iuratam: Et sicuti omnium rerum, ciuitatum,

Regno-

Regnorum, ac Prouinciarum, ita Antistitum imperia á minori bono ad optimum semper assolent transferri: Huiusmodi ęquissimus ordo à prudentissimis Romanę Curię oraculis per quamuis temporum intercapedinem in more fuit habitus, vt ex illo ęconomico beneficiorum seminario altiores, clarioresque Stellas, Planetasque à quauis Eclypsi immunes ad honorum sphęras, ad sedulas animarum legationes discriminarent. Hęc est vera ęquitas, hęc regnandi norma, hęc propagandę fidei voluptas nunquam satis laudanda: Antistitis obitu vulnerata continuo dolore nobilissima Vrbs Feltrię discruciebatur, quam dilationis impatientem serus reficiebat nuncius, tandem communi mærori factus fuit modus: liquidum magnus ille Antenorei Archilycęi fulgor, tutissimum cunctarum Legum columen, ac restaurator, clarissimumque Vincentię Vrbis sydus M. Marchianus suo Episcopo datus omnium expectantium curas instaurauit; qui persolutis, vt moris, & religionis est, sacris cęremonijs Romę valedicens Venetias appulit Feltrum versùs: Cuius aduentus certior factus Bartholomęus Gera Venetijs diuertens maximo corripitur gaudio, quo sui vix compos, M. Marchiano, cum quo amicitia longâ adoleuerat ętate non vulgari grati animi significatione de dignitate gratulatur. Proh Deum Immortalem! quàm inextricabilibus inuolucris consilia fortunę sint abdita: Supremus enim ille cunctorum gubernator Deus ex alto nos despicit

axe,

axe, qui licet profundos cogitationum recessus concipiamus, licet spem firmissimę pyramidi cęlatam conijciamus, licet vice versâ calamitate oppressi omnimoda fiduciâ destituamur, tota tamen diuinitate se insinuat, nec fieri permittit, vt, donec hac vitali aurâ fruimur, diuinum nobis lumen non impartiatur, ille solus iudex, ille arbiter, ille rector, ille domitor existit, qui hominum merita, meritorumque vicissitudines solus pensitat, metitur, examinat. Tu tenerrimis, amoreque plenis officijs M. Marchiano Episcopo obsequebaris, & nescius tibi ipsi obsequebaris, nesciebas se futurum esse Feltrensem Episcopum, & cras Episcopus. Sed ecce! infortunato sydere M. Marchianus in inopinatum incidit morbum, cui debellando vani Archyatorum accessus, vana illorum perita consilia, vana denique quæuis Æsculapicę artis auxiliatrix manus: at ille cùm nullis aut laborantis naturæ, aut medentium pręsidijs se subleuatum iri deprehendisset, hoc ad extremum, pro salubriori animæ explicatione voluit manifestum. Iam ad illum, inquit, communem fati articulum redactus sum: faxint velim Superi, vt, si ad maiorem illorum gloriam, & honorem cedat, priusquam de me transactum sit, æternam animo stabiliant meo incolumitatem, deinde, vt Pastorali Feltrensi Tyarę, ad quam Apostolicę Sedis gratiâ vocatus sum, salubriter consulatur: noui enim illius pręfecturę negotia, multorum iacturâ, patrimonij distractione, nonnullisque

ve-

vexari difficultatibus, iudicij igitur, prudentiæque maturitate opus esse omnia iura clamant. Iam in multas partes accitus, totaque ferme Italiâ peruagatus sum, atque de plurimis ingenijs periculum feci: qua de re, vt meę partes sunt, fateor quod res est, & sine affectus suspicione Deum testor, quod ad tantum onus pro honore subeundum nullus sit reperire dignior, nullus melior, quàm Bartholomæus Gera Venetiarum Proantistes, tam iustus, tam pius, tam prudens, tam doctus, tam misericors Sacerdos. Paulo post efflante spiritu, manantibus omnium lachrymis ab inuida Parcarum Atropo è medio fuit sublatus. Quo extincto Feltria, quæ nondum priorem crudum decoxerat dolorem, peiori iam saucia æstuabat, conceptamque hilaritatem hæc tristitudo contraxerat, quod tantum bonum sibi casus inuiderit. Quare nobilissimi Ciues, cunctique populi Antistite orbi viduabant, ipsaque viduata altaria funestis luxuriabant victimis. Desiderabatur vigilantissimus animarum Pastor, & quando prior fato concessit, eadem est certissima iuris fides, nisi melior, saltem æqualis successor, qui non iure hæreditario, sed virtutibus emineret. Hoc autem discriminis inter defunctum, & futurum Antistitem exquirebatur, quod si ille à multis defleretur, iste à multis virtutum amore expectaretur: & qui erat in priore immodicus votorum applausus, iam non valeret nisi illum ambire aptissimum, cuius comes, appendixq;

doctri-

doctrina exaninatam vrbem inuiſeret, excitaret, recrearet. Maximo certè prærogatiuarum cumulo illum fulciri neceſſum eſt, qui proprijs humeris nobiliſſimos ciues, plurimoſque diſparis nationis populos debet conſedere. Experientiâ namque compertum eſt, arcem inuincibilem, & firmiſſimum munimentum eſſe Pontificum mores á quauis minimę labis indicio extorres: Imperantium vita cenſura eſt, quæ omnium oculis perpetuó oberrat, & cum ad huius normam dirigamur, non tam ſceptro, quàm exemplo indigemus. Sequacem enim ſunt ancipites populi, à maioribuſque in quamcunque trahuntur partem, æquâ lance, aut bonas, aut prauas amplexi diſciplinas. Hoc interim multi grauiſſimi viri ſummâ gratiâ, ſummaque autoritate pollentes, Romę commorati, vt tantæ dignitati præferrentur, nihil omiſerunt intentatum. Tu veró Illuſtriſſime, & Reuerendiſsime Gera! ſingulari animi modeſtiâ, ac ſubmiſſione ſupra conſuetudinem, ſupra naturam, ſupra mortalitatem aulas exoſus Venetias incolebas: cùm illuſtrium virorum fortuna nullo periculo longius abſit, quàm ab humilitate: verùſque honor non in ſplendore titulorum, ſed in hominum judicijs reponatur; illeque proximior ad perfectionem aſcendat, quando magis recuſat. O factum bené, ò factum memorię, litteriſq; conſecrandum! Tuæ ſemper fuit magnanimitatis, deſiderato honore abſtinere, tui moderati animi alijs cedere, tuorum meritorum

fuit per alios frui honoribus. Quærebatur magnæ eruditionis, maturique iudicij minister, cuius fidei, tutelæque tam honorificum demandaretur onus, ingens Bartholomæi Gera nomen cęteris fuit antepositum: Iurisdictio sacrarum literarum cunctarumque legum scientiam requirebat: Tu prę multis dignior es visus, qui si omnia iudicia essent corrupta, ea posses ad pristinam reuocare autoritatem: quęrebatur, qui res Dei á contentiosis foris eximeret, extirpataſq; in pristinum restitueret, Tu cunctis calculis optatus, in quo summa rerum cognatio suum posuit habitaculum: quærebatur, quem fama, quem gloria, quem pietas ad sydera vsque atulêre te cunctorum vota pronunciarunt: quęrebatur denique, qui vbique locorum, & gentium suæ integritatis testimonia reliquisset, Tu ad iudicandum, tu ad tantam prouinciam subeundam aptus fuisti, qualem spectabili corporis maiestate, parique fortunâ imperium commendat, obnubilat tamen cęteras tuas laudes hęc maior laus, quód Tu ex hoc grauissimo doctissimorum hominum apparatu omnibus numeris, qui ad honorum pompam sese exporrigunt, absolutorum, solus expanso tuorum encomiorum vexillo solis instar quo orto sicuti omnia lumina nostri climatis aciem effugiunt, sic effuso tuarum virtutum splendore omnium concurrentium lux euanuit, vt ex Virgil. Eclog. 2.

Alba ligustra cadunt, vacinia nigra leguntur.

Tu,

Tu, inquam solus, optimus ex omnium optimis ad Pastorale munus fuisti destinatus. Verumtamen hoc vnum amplitudinem tuam exequat, quód si premio laudis augendus es, qui tanto honorum fastigio impartiris, non ieiuno ore tribuenda est illi laudatio, sub quo accepisti: magnus profectò, ac æternitatis sigillo in memoriam reducendus, qui tantum virtutum præmium demeruit, sed verè maximus est ille, qui dedit benemerito. Alexander igitur Septimus Pontifex Maximus superno afflatu admonitus ex tot Illustrissimorum hominum comitio Feltrensem Infulam in te contulit, cui mille gratiarum actiones agamus, cui millenam annorum seriem, cui perpetuam á Superis contendamus felicitatem necesium est. Bonis Principibus benè parta libamus; & supremus ille rerum opifex hoc habet, ne quid vnquam, aut tectum, aut occultum esse patiatur; sumas verò non modò omnium Regum, ac Pontificum regias, sed penitiores etiam secessus recludit, omniaque illis arcana noscenda insinuat, & explicat. Ad hæc, vt in magnis viris amat fieri, summa virtus, summaque fælicitas te extulerunt: Tuis enim maximis virtutibus alios superasti, maiorique fælicitate dignum est, quód sublimi tuorum meritorum testimonio inter Ecclesiæ Principes connumeraris. Magnum erat decoris emolumentum Venetijs de summo Tribunali summum ius dicere; hoc tamen emergit discriminis, quod ibi plu-

res amabas, pluribusque obsecundabas, non autem á pluribus amaris, plurimique obsequij pignore tibi obsequuntur. Venetijs publicis diuinarum rerum negotiis diu, noctuque intendebaris: hîc alijs ad tui arbitrii signum intentis imperas. Hoc autem pre multis singulari sit tibi solatio, quòd, licet tuarum virtutum fama iam vltra Herculis columnas prætergressa nullis confiniorum terminis definiatur, illam tibi prælegeris Sede, vbi etiam Cadubris tibi amantissimæ Patriæ, familiaribus, ac quibusuis viris tibi consanguinitate coniunctis degeres proximus. Et nisi omnia natale solum delectares, non Ægyptii comburentes Phæbi æstus, æstuantesque Nili pulueres, non Scythæ, aut Getę austera littora, non aues, quibus totus orbis nidum contruxit, inacersos, præruptos, rigidosq; montium saltus incolerent; sic Te, qui summo amore Patriam prosequeris, quouis temporis momento ex amęno Anaxij amnis prope Feltriam præterlabentis sono illa habebit salutatum. Tuæ postremó fęlicitati hæc quoque accedit singularis, quòd Feltriæ sit viuendum, quæ ciuitas Viros generis antiquitate vetustissimos, sanguinis claritudine nobilissimos, rerum familiarium commodo potentissimos, omnium scientiarum penu præclarissimos, ac omnimoda in omnes homines humanitate celeberrimos nutrit? Verùm, omnium maximè ad tui gloriam hoc ducitur, quod per immensum annorum interuallum inuiolatam semper

Fel-

Feltria familiaritatem Cadubrio conciliauerit ad nos tum nobile indole, tum omnium doctrinarum genere, tum omni æquitate memorabiles viros transmittens. Quòd si anteà tantæ Vrbi Cadubrium mutuis officijs paria non retulerit; modò vice omnium Bartholomęum Gera Antistitem illa accepit, fælicemque se iactitans, cui talis hoc tempore animarum custos, ac gubernator oblatus sit, quem tanquam de Cœlo lapsum summis, imisque carum communi, ac concordi omnium clamore, stupentique excipit spectaculo: vnde tota Vrbs cum Virgilio Ecloga 4. de genethiliaco filij Pollionis plaudit.

Magnus ab integro seclorum nascitur ordo:
Iam redit, & Virgo, redeunt Saturnia regna:
Iam noua progenies cælo demittitur alto:
Tu modò nascenti puero, qua ferrea primum
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,
Casta faue Lucina: tuique iam regnat Apollo,
Teque adeo decus hoc aui, te consule inibit,
Pollio, & incipient magni procedere menses,
Te duce si quà manent sceleris vestigia nostri
Irrita perpetuò soluent formidine terras,
Ille Deum vitam accipit, Diuisque videbit
Permistos heroas, & ipse videbitur illis:
Pacatumque reget patrijs virtutibus orbem.

Sed

intendant: Tua autem amplitudo ex antiquissimo stemmate dimanans non odium improbum, sed delectabilem apud quouis homines parit amorem, nec vlla ambitionis vmbrâ afficitur, cui innito etiam ab incunabilis præstantiores fasces orbis præparauit: cum ad laureas, ad tribunalia, ad præturas, ad infulas editus sis à præclarissimis Progenitoribus, qui non his solùm diebus tanquam ignoti è latebris erumpunt, sed ab innumerabili annorum compagine ita colluxêre, vt non modò in Cadubriensem Patriam, verùm etiam in varias terrarum plagas multarum virtutum splendores diffuderint. Tantorum Heroum præclarè gesta, factaque pro dignitate singillatim commemorare, mearum virium opus non est, vtpotè quamplurima specie paria, magnitudine congruentia, vel cogitantium animos caliginosa suffusione offundunt: Ad bonorum tamen hominum intellectum testatum velim, quod in æquissima iuxtà ac præclarissima familia Gera Viri animi doctrinarum literaturâ, bonarum artium disciplinâ, honorificisque titulis excelluerint feracissimi, proindeque continuatis temporum vicissitudinibus, singulari prudentia, gratia, & dexteritate illustrioribus officijs, quæ optimè meritis ciuibus patria elargitur, præfuerint, eaque tanta sunt, vt nulli Veneti Imperij ciuitati, vel generis claritate, vel doctissimorum hominum copia, vel Serenissimi Principis priuilegijs, vel rerum familiarium vbertate, vel maiori quauis autoritate

Cadu-

Cadubrium ista incideat. Et quamquam multi non infimę notę circumferantur hystoriographi, qui, si quid honestè, si quid iustè, si quid sanctè factum est, minimo pretio ducendum putant: sed isti palestræ militari adhęrentes nihil magnum, nihil illustre, nihil memorabile pendunt, quám quod igne, vel ferro, vel tumultu non sit peractum: at quicunque mordicùs huic acquiescunt sententię, longis passibus hallucinantur. Alexander Macedo non ea iactantia appellatur Magnus, scil. quòd effeminatum Persarum Regem Darium, imbellesque copias subiugauerit, quód perplures vrbes, prouincias, regna, ac finissimas Orientis plagas in propriam redegerit potestatem, quòd angustissimas Cilicię faucęs forte incolumis penetrauerit, quòd Tanaim, Euphratem, aliaque immensæ vastitatis maria vi traiecerit, quòd igni ferroque cęteras gentes deditionem sibi renuentes ad vltimam deleuerit internetionem, quód Attalum à Parmenione, quòd Parmenionem strenuum belli Ducem, suarumque victoriam comitem, atque à consilijs proximum coniurationis indicio per Polydamanta, ac Cleandrum occidi curauerit, quòd Clitum multotics sui capitis defensor proprijs manibus hasta transfixerit, quòd Iouis Ammonij filium se credi, dicique voluerit, nisi acceptum in crure vulnus mortalitatis fecisset certiorem, quòd patris virtuti, victorijsque ingemuerit, illiusque tandem nomen-

abo-

abominatus. Sed Magni cognomentum apud posteros sibi promeruit, quód à regia vetustate, regioq; Philippi patris sanguine originem traheret. Et Claud. Nero licet Romanorum esset Imperator Aug., crudelissimi tamen Tyranni infamiam reliquit posteris. Ast clarissima domus Gera sin minus armis, quæ, si opus fuisset, neutiquam declinasset, omnium tamen virtutum pręstantiâ semper floruit, præsentibusque diebus magis, magisque effloreſcit. Si vetustas veri amplificatrix singulas suorum heroum virtutes sibi pateretur ex amussi apponi, copiosis verbis Vlysses prudentiâ, Aristides iustitia, Phociones costantia, Q.Q. Fabios maxima animi firmitate, Pompeius beneuolentia, Q.Q. Metellos, & Augustos eueheret fęlicitate: si modò illa loqueretur, reuerá obmutesceret, in illis enim vix optauit singula, nobilissimoq; stemmati Gera palmám absque dubio cederet, in quo veluti in quodam omnium virtutum vinculo omnia conclusa speculamur: quę singula si ad vnguem delinearet, in immensum nostra protraheretur panegyris: hoc dixisse sufficiat, quòd sicuti ex linea Apellem, ex pollice Giganta, & ex vngue dignoscimus Leonem; ita ex Gentilitio stemmate Geri facilè sit colligere, quales illud in omne tempus præsagiuerit Heroas: quod autem an fortis facultate, an maiorum promeritis, an Principum indulgentia fuerit inuentum, parçam ego

rimari arcanum : omnium tamen oculis ita panditur.

Campus seminigro, ac semialbo colore depictus, in quo duo Lilia florescunt.

Gentilitium Gera.

SI nullis alijs encomijs gentis Gera Geneologiam haberemus explicatam, sola præsentis hieroglyphici facies inquirentem erudiret. Quid enim *color ille niger per medium agrum expatiatus*, denotare videtur, quám vetustissimam generis claritudinem; color siquidem niger ex solertissimo vetustatum perscrutatore Pierio Valeriano antiquitatis symbolum præsefert: idcirco Metellus non alio epitaphio Diodorum Rethorem, quo vsus erat magistro defunctum cohonestauit, quàm cognito Coracis nomine, qui post Hieronis obitum primus Rhetoricam Syracusis docuit, propter Coracis præstantiam coruum lapideum Diodori sepulchro imposuit, quasi antiquissimo illi Coraci similem indicaret Diodorum. Et *Campus ille Albus* ex sacris paginis bonorum operum prouentum ominatur, vnde non immeritò factum fuit, vt ex hoc antiquissimo Gera stipite, hocque magni pretij thesauro semper tales succreuerint viri, qui non tantùm propriam domum egregiorum factorum specimine, multiplicique doctrinarum eruditione, sed etiam alios quamplurimos nullo prorsus fucato

fucato inuidentiæ signo locupletauerunt. Hinc prudenti fundamento futurorum præsago, huic fertili campo *Lilia* ad stuporem multis temporibus viridantia inserta sunt: Nam ex grauissimorum scriptorum placitis, hoc inest cunctis floribus commune, vt spem portendant, &, si Seusippo Platonico, ac Themistio credatur, flos futuri boni existit prænuncius, frugesque nobis pollicetur futuras: attamen vno omnium consensu germanam, ac genuinam SPEI speciem ostentat lilium: Ideo in antiquorum monumentis non aliorum florum, sed vnius dumtaxat lilij figurâ inscriptam spem obseruabis. Hinc in numis Imperat. Alexandri Pij Augusti, & Imperat. Claud. P. F. ab vna facie Dea lilium dexterâ prætendit cum inscriptione SPES PVBLICA: in nummis Tiberij Claud. lilium dextera exporrigit cum literis SPES Augusta. Sed veterum multiplicitate in cassum auditoribus aures vellam: Gentilitium stemma Christianissimi Galliarum Regis inspiciamus, in quo lilia nequicquam à Gentilitio Gera discrepantia inueneris, quæ non à Pharamundo primo Gallorum Rege, sed à Clodeuo inserta sunt, qui primùm suadente Clotilde vxore lectissimâ Religioni Christianę nomen dedit, quod triùm liliorum stemma etiam posteri Reges ad nostra vsque tempora retinuêre: quas autem victorias, quos secundos honorum, rerumque gradus, quodque Regni augmentum lilia præsagiant,

regnantem Aloysium XIV. Galliarum, & Nauarræ Regem Christianissimum, semperque Augustum contemplemini. Nec Virgil. tantam liliorum laudem ignorauit, qui lib. 6. Æneid. spem de Marcello conceptam lilij allusione sic cecinit.

Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos
In tantum spe tollet auos, nec Romula quondam
Vllo se tantum tellus iactabit alumno.

Ad versum autem illum

——————— *Siqua fata aspera rumpas*
Tu Marcellus eris: manibus date lilia plenis.

Vos sané omnes Proceres Gera vera estis lilia publicam spem ostendentia, quæ à regio sanguine fuistis mutuati, illaque continuis temporibus in amænis vestræ domus agris fouentes maiori nunc emolumento humanis, diuinisque rebus spem affertis: flagrantibus enim vestrorum liliorum floribus vniuersas propemodum orbis terrarum oras, vniuersàque Christiani Cæli templa reficitis: nam vobis quæcunque lilij dotes adaptantur, qui ex hoc benè olenti viridario cuncta pulchritudinis, pudicitiæ, ac virginitatis lilia nullâ rugâ, nullâ macula, nulloque contaminata squallore semper aluistis, eáque vtpotè Veneri inuisa

inuiſa vobis veluti candidis Nymphis etiam antiquitas conſecrare dignatur, ideo apud Propertium Tarpeia.

Sæpè tulit blandis argentea lilia Nymphis,
Romula ne faciem læderet hasta Taci.

Nec minori admiratione ſpectandum eſt lilium, quod ex diuinis literis nunc Chriſti, nunc Angelorum ſit hieroglyphicum, quòd inuentum nulli meo iudicio melius congruit, quàm vobis gentis Gera lilijs, qui iuſtitiæ candore, rerum cœleſtium amore, ſupremaque illa Apoſtolicâ auctoritate præditi in terris veri eſtis Chriſti ſequaces, ac miniſtri à Salamone olim decantati *Flos campi, & lilium conuallium*. Aſt quàm ex æquo hæc lilia, nimirùm, veſtri Viri, Angelis ſimilia cenſeantur, quorum aliqui rerum humanarum conſortium, humanę ſcientiæ, eruditionum, artium, laborum, honorum, omniumque operum, quibus gaudent homines, aſpernantur oblectamentum, qui ſupra quæuis humana elati Angelorum inſtar cœleſti ſaturantur nectare: Atque ſpiritu, animi candore incedentes, ac volitantes toti terrarum Orbi liliorum virgulta, ideſt Publicæ Spei, publicæque Chriſtianæ Fidei campum ſupplantauerunt, quæ imposterum non humano,

ſed



sed Angelico semine germinabunt, nunquam intermoritura lilij instar, quod efflorescens etiamsi á stirpe detentæ humi radicis auellatur, ac aruisse videatur, naturæ suæ virtutem occultat, redeunte autem tempore rursum lilij sui honore circumuestitur. Ne tandem commentum mihi obijciat inuidus, non grauabitur certè, si benigno, hilarique animo tantorum liliorum odores mecum paulisper delibabit.

Si singulos magnanimos Viros, qui ex præclarissimo stemmate Gera raris morum honestamentis, honorum cumulo, alijsque millenis virtutibus fuerunt conspicui, in lucem reuocarem, nunqum sanè illorum præconia pro dignitate commendarem, imo beneuolos auditores tædio sollicitarem, quippè etiam me silente ipsamet facta iam per famam eminentia perennem illis laudem ad posteritatem conciliant. Tuum in primis Clarissimum Proauum Leonardum introduco spectandum, Illustriss. & Reuerendiss. Gera, qui etsi ante multas ætates fato concesserit, omnium tamen oculos suarum virtutum fulgore, scriptorum elegantia, clarisque factorum notis obtenebrat, á quo inde tam generosę, masculæque virtutis prorupêre fętus, qui vniuerso orbi ostentosum pepererint miraculum. Quid non præclarum egit Victor ille Gera, qui, licet nullis alijs gestis victoris nomen sors illi asciuisset, fęlici tamen quatuor natorum partu fuit celebris, quibus, dubitatur, an

Leonardus Episcopi Proauus.

Victor Gera. cũ Clarissimi 4. fi.

alia

alia gens prudentiores, ac doctiores sibi arrogaret. Omitto Clarissimos illos Serenissimæ Reipublicæ Venetę Ratiocinatores Io: Bapt. & Iacobum, qui apud Remp. gratissimi in communi commodo tam gloriosè vita excesſêre. Omitto Leonardum illum, eiusque prętantissimum filium Bartholum, qui varijs virtutum auris donatus publicus Hieronymi Bragadeni summi armorum imperatoris Ratiocinator in bello Cretensi obijt. Quid autem sibi non vult Valentinus Gera, qui si Ælysios campos possideat, præstanti tamen trium natorum hæreditate etiam solum premit; ea enim est parentum laus, vt etiam post fatum sint memorabiles, tunc præcipuè, quando maximę spei liberos, idest sui imagines variarum virtutum picturis coloratas omnium oculis exponunt. Nihil dico de Ioanne illo Gera, qui literis excultus, rerum publicarum instructione nulli secundus, ex infinito hominum numero solus Principis adeptus fuit indultum, qui Venetijs publicus Ratiocinator, tandem in eodem officio, Andręa Cornelio supremo Venetę Classis Duce, naturę lege in insula Cretensi functus est. Nihil dico de Barthølomęo iam cum hominibus agente, in quem omni literarum cultu, religione, bonorum morum comitatu, nobili prudentię indumento, rerumque priuatarum, ac publicarum procuratione nunquam suppares congeremus laudes, cuius filius Ioseph à patris vestigijs, nec minimo distans passu.

Iqi Reipublicæ Ratiocinatoribus Ioã. Bapt. Iacobo, Leonardo eiusque filio Bartholo Ratiocinatore: & Valentino.

A Valẽtino Clariss. Ioannes, Bartholomæus, eiusque filius Ioseph.

Ad

Et Clarissimus Iacobus publ. Ratiocinat.

Ad Clarissimum porró Iacobum Gera omnis mea ex hoc latere conuertatur oratio, qui sicuti Roscij Amerini pater, sui municipij princeps ferebatur, ita Iacobus licet minor natu, cunctis tamen á Victore ortis supremam variarum virtutum, prudentię, iudicij, ingenij, innatæque generositatis addit coronidem, qui Cadubrij natus, Venetijs tamen inter præstantiores bonarum artium, literarum, nobiliumque morum contubernales in adolescentiam accreuit, illasque sibi imbibit virtutes, quibus tantam gloriam, nomen, & gratiam apud supremos Venetæ Maiestatis Proceres sibi adiunxit, vt iam Publicus Venetiarum Ratiocinator, alijsque maioribus auctus honorarijs non solùm vniuersę Venetę Nobilitati, sed etiam ipsimet Principi magna cum sui, Cadubrijque honestate degat acceptissimus. Sed Præclarissimum

Io. Bapt. Episcopi Auus.

Auum tuum Io: Bapt. volo, Illustriss. Pastor! cuius maximarum literarum abyssum, egregiorumque operum circulum inuestiganti æque difficile est exordium, quám finem inuenire, hoc epilogo dixerim, quod suo æuo, vel literis, vel potentia, vel summis Patrię officijs herbam nulli admoueret, eaque tanti speciminis prole æternaretur, qua nescio an Scipionum stemma nobiliorem, honorabiliorem, sapientioremq;

A quo Andraeas, eiusque filius

ostentaret: Cuius perraris dotibus prænobiles Andræas, eiusque eruditissimus filius Io: Bapt. aliqua ex parte apposité triumpharunt, qui literarum habitu,

domûs

domûs splendore, Patriæque lumine mirificè enituerunt: Vndè iureiurando tantorum virorum statum reformat Clarissimus Ioannes Gera, qui his diebus stupendâ omnium virtutum attestatione præcipuis Patriæ honoribus, rerumque publicarum regimini anrestit Cato, vel Seneca reuiuiscens: de quo sanctè plura, nisi illius temperati animi moderatio, consanguineique fœderis vinculum me veluti in adulationem compositum ab ipsamet perorandi necessitate arceret. Multi alij essent ex hac numerosissima familia variâ prædicatione efferendi, quos omnes missos facio, in ijs enim mirum in modum se posset mea iactare oratio. Tuum præ cunctis, Illustriss. & Reuerendiss. Heros! Præclarissimum Patrem Iacobum Geram inter clariora excelsæ vestræ domûs monimenta sisto, qui etsi inter tot honorum luxus ortus, omnium crepundiorum, illecebrarumque voces, quibus imprudens irretitur iuuentus, euitauit prudens, literarijsque studijs sedulam nauauit operam: hic perspicaci ingenio præditus tantùm in literis profecit, vt, quidquid in humanitate eruditum, in Poeticis lepidum, in Oratoribus graue, in annalibus fidele, in antiquitate reconditum incredibili quadam discendi cupiditate solus hauserit, solusque veterum literarum existimaretur hæres. Quid autem publicis Cadubrij negotijs præfectus splendidum, generosum, excelsum, memorandum non edidit, qui primarios honorum gradus percurrens

Io. Bapt. A quo Ioannes, & Andreas Doctor, vt infra.

Iacobus Gera Episcopi Pater sex filios maximæ indolis habuit.

rens patriam libertatem, priuilegia, autoritatem mirificè conseruauit, defendit, adauxit. Quo factum fuit, vt per octuaginta quatuor annorum interstitium, quo hac vitali aurâ fruitus est, omnium oculos in se converteret, lucidissimusque oculus, & Pater Patriæ haberetur. Quid autem magnificum, quid gloriosum pro priuata domo non egit, qui licet nullis ad benè, honestèque viuendum indigeret adminiculis, œconomicà tamen quodam regendi prudentiâ, iudicio, ac dexteritate rem familiarem adeò perornauit, vt his diebus (absint mendacia verbis) nulli priuato maiorem concedamus. Hac autem laude tantus senex

Sex Fratres sunt

euasit immortalis, cui sex nobilissimos filios superstites, & singulari corporis elegantia, & sublimi ingenio inclytos legitimis thalamis Deus præstiterit, & quamuis multis rerum molibus opprimeretur, hoc tamen pro lege habuit sancitum, vt maximæ spei nati Parenti nequaquam dissimiles in adolescentiam cum literis ascenderent, nobilium Romanorum exemplo, qui filios in Gymnastica crescere volebant, antequam ad veræ gloriæ culmen aggregarentur, cùm plus satis edoctus esset, securum humanorum, supernorumque bonorum patrimonium in illis contineri. Tanta animi constantia filijs inuigilabat, vt nunquam aut aliquà oblectamenti specie, aut teneriorum verborum lenocinio illos solaretur, sed omni cura, studio, diligentia, rigidaque ad virtutem disciplina volebat il-

los adornatos, vnde in præcipuis Germāniæ, ac Italiæ Academijs commisit educandos nullis penitus parcens impensis, ratus ex auro, argentoque pro aquirendis scientijs bene consumpto inæstimabilis prætij extrahi gemmas. Tandem singulos filios domum conuocatos huiusmodi paterna oratione excipit. Hucusque, inquit, filij, Parentisque pignora! inter innocentis infantiæ simplicitatem, morigerasque piorum, doctorumque præceptorum educationes increbuistis: iam verò naturæ statuto ex inscitiæ scatebris paulatim exeuntes in eo ætatis articulo deprehendimini, quo de futuræ vitæ statu cùm ad corporis, tùm ad animi incolumitatem vobis sit deliberandum: parui forsan momenti vobis negotium facessere persuadetis, qui nulla adhuc rerum humanarum capacitate, inani, vitreaque spe estis referti, penitusque infinitas mundi insidias, fallacesque latentium Syrenum cantus ignoratis: & quamuis honorum, & gloriæ campus cuique pateat, ad securitatis tamen, ac sublimis dignitatis metam nemo nisi per salebrosas semitas, arduos labores, adultamque prudentiam properat. In ipso iam volubilis fortunæ gyro omnes constituimini; quapropter quid opus sit facto, ex paterno ore audiatis, vestrisque animis imprimatis, ne ætatis malè consumptæ sera vos subeat pœnitentia, Parentemque filiorum serò, aut pudeat, aut pœniteat. Fortunæ primum blandimentis nequidquam fidatis, quæ nunquam se

Iacobi Patris oratio ad filios, quos cōuocatos ad literas, ad virtutē, ad securum vitæ animæq; statum hortatur.

dextram porrigit familiaritatemque perosa inuitari se patitur, trahi autem recusat. Fœlices forsan in hac ætate vos facitis; sed toto cœlo aberratis: incautæ iuuentuti nouarum rerum curiosæ, & rosis hoc est proprium, quod nunquam sine spinis efflorescant. Obedientiam mihi, Magistrisque adhuc seruatam liberaliori licentiâ cùm multa sint, quæ vos etiam nolentes ad libertatem cogant; permutabitis: sed caueatis peruelim, quòd in quouis fælicitatum numero, non minor est copia miseriarum, quas vos adhuc, vel non sentitis, vel contemnitis. Ingens certè libertatis dulcedo est, quâ iuuenes, quidquid libet, licere etiam sibi sine vllo periculorum metu putant. Verùm non idem est nobis, qui Caligulæ sensus dicentis; omnia sibi, & in omnes licere: Non eadem nobis, quæ Memmio mens existimanti, impunè quodlibet facere, id demum regem esse. Abhorreatis ab istis, honesta, probaque, homini concessa amplectentes; ne vobis insana libido, peruersaque obcæcati animi intemperantia honestatis pallium valeant commaculare; Si prauis facinoribus, aut nomen deturpetis, aut candidos animos defœdetis, effugiatis licet humanam cognitionem, Diuinæ tamen Nemesis adeo perspicaces sunt sensus, vt nullo astu euitari possint, quos siue probitatis testes, siue vindices nequitiæ habere oportet. Fortassis magnum vos alliciet honorum desiderium, ast horum tituli quàm amabiles, tam

incerti sunt: quid enim vulgo mutabilius, aut temporaneum magis? quibus perinde accidit adulari indignis, & meritos laude prosequi: In præcipiti iam versamini occasione, nec extra fortunæ iactum; nullus vobis gloriç, nullus honorum locus, quia adhuc iuuenibus: neque à versipellibus hominibus laudari patiamini, quos vobis laudare turpissimum est: ijs vel fictum inest prędicandi studium, vel vobis non merentibus temerè allatũ, quorum illud blandientium scelus, istud dedecus extremum. De hoc etiam volo admonitos, ne illud vobis, quòd per pręceps ruenti, contingat, qui dum ruinæ se semel permisit, impetum nullo artificio inhibet, nimirùm, ne Regales aulas plus nimio ambiatis: aulicorum enim vita obsequiis Regi deferendis consumitur, propriumque caput mille casibus, mille subiiciunt discriminibus, toto tempore intenti viuunt, vel ad oculi nutum, vel arbitrium imperantis: maxima, fateor, offertur donariorum spes, vana tamen, vt plurimùm aulicorum resultat remuneratio: si quosdam gradus acquiretis, hosque leues, tot etiam habebitis hostes, quot æmulos glorię; & quod pessimum est, in aulis pietas cum bonis moribus, plerumque cum vita exultat: Nequidquam vobis cum auri, argentique cumulis negotij sit, neque Mydę, aut Pygmalionis occupet auaritia, à quibus quanto procul, tanto eritis tutiores, tantòque procul aberit inuidia. Vesana prorsus diuitiarum voluptas, quâ si delectabimini, de vobis

concla-

conclamatum iudico: nam, vel fisco, Principique ærarium, vel extremam heredibus perniciem, vel hostibus opimam præparabitis prædam: vosque nullo temporis puncto tranquillè vitam transigetis, quippè græca ex auro bibetis vina, sed forsan venenum, quod ditioribus inuidia propinat. Incedendi fastu, vestiumque luxu vox nunquam inferatis indignum ingenuis, honestisque viris esse decorem, quem á corporis cultu, moreque mulierum à vermibus accipere mutuum. Iners in vobis erit splendor, quem non vestrę virtuti, sed vilissimis animalculis debetis; Modestia enim verus fulgor clarior etiam obscuro emicat. Regiam supellectilem, Tyrios tapetes, palatiaque Superis inuidenda, nec ædificetis, nec optetis; nullum laudabilius ædificium, quàm vestra sorte, paruitateque esse contentos: si multum superbietis, non sub vestro, sed subalieno habitabitis: Sæpius à magistris, nunc verò à Patre intelligitis; si sapientibus pauca, Herculis calceos pigmęis non esse accommodandos, nec paruo corpori vastis opus esse ędibus: nidum auiculę struunt ęqualem incolis, & vastum adeo nihil est, quod non eodem spatio, & magnitudinem suam; & locum metiatur: Deus ipse quamquam immensus amplitudinem suam cœli termino includit. Nulla ergo plus satis dilatetis vestri immemores, & arctissimi quondam sepulchri: nisi forsán imprudentes casibus, ruinis, hostibus, fulminantisque Iouis telis certiorem

extructu-

extructuri estis scopum, qui dum casę parcunt, plerumque in alta ædificiorum culmina, ac opimiores grassantur. Agnoscatis velim sortis infirmitatem, neque rebus humanis nimium adstricti, vadatique sitis; cum melius sit quædam potius fastidire, quàm optare. Nolo ego in præsentia omnium fęlicitatum areas exarare, quibus orbis succrescenti iuuentuti imponit: Et quando se istis quis addiderit, nunquam prorsus euadet liber: imò quó maiora habet, eo peiori vitio furtunę euertitur, eoq; minora consequitur: non ille, Fili! diues est, qui multùm habet, sed ille ex Tulliano parodoxo veré diues, qui ad honestè viuendum satis habet. Quæ omnia, quòd nullius firmitatis sint argumenta, exemplo patentissimo vice omnium sit Alexander, qui, dum in totum dominaretur orbem, regnaque pro muneribus dispensaret, nunquam sibi imperare didicerat: naturæ siquidem humanæ Superi limites posuêre, cupiditati nullos. Vixi hucusque tranquillè, sed quod maximum est, mihi: nunc mihi vita in vos est diuidenda, quos si antea à quauis illecebrarum pollutione cautus defendi nunc magis summó imperio, maturo consilio, ac paterno opus est auxilio: quique enim tranquillo mari vectoria nauigia gubernare potest, at vbi fretum intumuerit, turbatamque nauim Aquilonum certamina circumsistant, tunc veró opus est gubernatore, qui exurgentes repellat

fluctus, scopulosque euitet. Igitur mihi experto, & ita iubenti, velitis, nolitis, credatis, ne in perniciem ruatis non necessariam: Cùm nihil tutius sit, quàm si rebus proprijs quisque vestrum consulat, tutioremque virtutum palæstram arripiat: vera virtus humanis superior rebus inanem quoque vmbræ gloriam, sed fastu laudabili conculcat, & nihil in hoc vitæ curriculo apparet, cuius me magis capiat illicium, quàm filios virtute, pietate, vitæque sanctitudine videre adultos. Magno igitur, fortiq; estote animo, & literis recreanda Domus, recreandus Pater, & Patria; nec Dij sciuerint, vt ego, qui constantissimus meę libertatis, ac in filios imperio custos fui, vos vel in propria domo superbientes, vel scientiarum rudes, vel Diuino Numini non assentientes, ac deuotos sustineam; Ne meo errore, vestroque detrimento miseri quondam sitis, cùm in omni aduersitate infęlicissimum sit, fuisse fęlices. Quemcunque autem fortunæ vitę honestum statum intraturi estis, modò ad Dei mentem, gloriam, & honorem succedat, æqui bonique faciam; vos interim, ne tandem frustrà cœlum in vota vocetis, mihique succenseatis, quâ diuina vocatione sollicitamini, cœlites omnes consulatis, etiam atque etiam hortor. Profectò hæc Patris verba filiorum animos medullitùs sauciârunt, illosque ad virtutem concitarunt: Et ille votorum fuit compos, nam priusquam naturæ debitum persolueret, cunctos filios matura ætate prouectos,

ctos, illustrioribus scientijs ornatos, præcipuisque honorum notis insignitos conspexit gloriosus; qua multiplici, præclaraque prole, nullis forsan temporibus inuentus fuit tam fœlix, tam beatus Genitor: Si fortes creantur fortibus, & boni bonis, excellensque quæque natura ad maiorum inflammatur similitudinem, nec sensim, ac lentè indicium promit boni, tales certè fuerunt hi Fratres, qui non satis duxerunt benè natos esse, nisi & natalium spendorem variarum virtutum quasi smaragdis radiantem expolirent: idcirco minimé degeneres ad Parentis vestigia viuidum euigilarunt ingenium. Hinc Franciscus Gera natu maior, licet humaniorum solùm literarum sales exhauserit, obsequioso parentis iussu rebus priuatis suppetias iturus, tantâ tamen morum ingenuitate, tractandorum negotiorum prudentiâ, ac prouidentiâ se gessit, vt acceptam à maioribus lucem fulgenti suarum virtutum lampade, non modo ampliauerit, multisque ex partibus venerabiliorem effecerit, verùm etiam publicis Patriæ officijs, mirificâ regendi methodo profuerit; quare si quid arduum compositu, si quid obscurum explicatu offerebatur, prudentissimi Francisci Gera postulabatur iudicium, & quamuis multarum rerum syndrome præpediretur, heroicorum tamen virorum exemplo diu noctuq; tum ad sacras, tum ad profanas literas incumbebat; præ reliquis tam miro ad poesim rapiebatur amore, vt animum varijs curis inuolutum, *Franciscus Episcop. frater.*

E decre-

decrepitàmque annorum 72. ętatem lętitię relaxatione instauraturus, integros Æneid. Virg. libros ad memoriæ iactantiam, ętatisque inuidiam decantaret: incolens tamen angustissima Patriæ confinia à sanioribus totius Italię Proceribus magno ducebatur pretio; nam publicis negotiis plus nimio instructus dubium incusserat omnibus, an maius ad posteritatem encomium Franciscus Gera singulari illa flectendi animos, populósque componendi facilitate, an Cornel. Tacitus obscurâ illa typis mandata gubernandi statûs politia sibi vindicauerit. Sed non exiguam commendationem meruit Ioannes Gera, qui domesticis rebus obnoxius, honorum apices, scientiarumque agricolationem minimè affectauit, nomine tamen se vbique locorum, & gentium alijs parem testatus est: nobilium enim, ac ditissimorum hominum more pluribus regionibus vagatus, pluri etiam idiomate, Germanico præcipuè animum decorauit: cunctis tamen alijs virtutibus enituit inclytus. Quid dicam de illius elegantissima morum, ac sermonum comitate, de illius innata vrbanitate, de incredibili, ac pœnè in cuiuscunque conditionis homines humanitate, de illius in literarum amantes, filiorumque magistros munificentia, de amplissima in pauperes liberalitate, de illius maxima in res diuinas reuerentia, quæ omnia in illo tantum floruerunt, vt quamuis doctrinarum ignarus, eò tamen gratiæ, & autoritatis deuenit, vt illum singulari amore,

Ioannes Gera Episcopi Frater.

beneuo-

beneuolentiaque omnes homines prosequerentur: Nec vanè, generosi enim, clementisque viri hoc est proprium munus, ne vllarum rerum tenaces nimis se vbique vendant, quales supremus ille orbis Plastes primùm efformauerit: nec alio epitheto M. Cicero potentissimum Pyrrhum Epirhotarum regem voluit insignitum, quàm si generosum venditaret, & Iuuenal. Satyriograph.

Fœlix & sapiens, nobilis, & generosus.

Et Ouidius in Heroidum Epistolis.

Si te nobilitas, generosaque nomina tangunt.

Digladientur multi longis ambigibus, an melius sit nobilem esse, an generosum, pari certè loco parique Marte in Ioanne Gera militabat vtrumque Magna itidem negotium Iliade diripiebatur, vt licet dolosorum hominum procellis, fraudumque tecnis, magno rerum damno, vt plurimum illaqueretur, hanc præ reliquis dotem natura fuit dignata, vt clementi, tranquilloque sufficeret animo: factum sanè in magnis viris nequidquam contemnendum, illique notum, qui ex veterum Imperatorum gestis cognouerat, quód M. Anton. nihil vnquam esse dicebat, quod Imperatorem Romanum magis deceret, quam clementia; &

Vespasianus, Titusque filius á clementi, tranquilloque animo celebrarentur : nec non Theodosius filio suo Honorio hoc salubre ingresserit consilium ex Claudiano.

Sis pius inprimis, nam cùm vincantur in omni
Munere; sola Deos æquat clementia nobis.

A Ioanne tres nobiles filij Episcopi Nepotes.

Immatura licet mors bonorum non neminem tam generoso, tam clementi, tam munificentissimo Mecęnate priuauerit, perennem tamen sui recordationem in omnium pectoribus nulla obliterabit obliuio, cùm pręclarissimos tres filios Laurentium, Victorem, & Bartholomæum tantarum laudum præscripserit hæderes: quorum facultates oratione complecti nostræ opis non est; sed quoniam nostrę acclamationi non paruam inserunt existimationem, de tuo fauore nequicquam diffidens, quamuis crasso, obsequioso saltem spiritu hosce tuos, Illustriss. & Reuerendiss. Antistes! præstantissimos, tibique per quam amantissimos Nepotes annecto, quos si externo solùm aspectu intuemur, auitas, simul, ac paternas animas ex asse videntur possidere: Re vera generosæ spei fratres, candidaque florentissimi vestri campi lilia, lucidissima Gentis Gera lumina, præclara decora, inconcussa præsidia, maxima bonorum hominum exemplaria, inaudita Cadubrij ornamenta, patriæque libertatis po-

ſteri: quibus acre, & ad præclara quæque natum ingenij acumen, terſum, ſupraque ætatem ſenile iudicium, animus ad prodigium vſque excelſus, incomparabilis heroicæ ingenuitatis ſplendor, ingenita affabilitas, indefeſſum in capeſsendis doctrinarum fauis ſtudium: hos Patria effert, celebrat, demiratur; ab his maiora ſperat, aliquando expectatura, vt ex illorum fęlicisſimis liliis, quæ multo temporis tractu fecundos Patrię portenderunt rerum euentus, publicam impoſterum ſpem, ac præſidium ominentur. Quid Laurentius ille Gera? vt tanti Parentis filium, tantique Antiſtitis Nepotem ſe eſſe meminit, vt in illo blanda morum grauitas, vt integerrimus animi candor nulla penitus fucati animi nubecula obductus, vt perrara mentis rectitudo, vt ſingularis benignitas, laudabiliſque in omnes homines humanitas, vt generoſa in egenos liberalitas, vt exemplaris in Superos obſeruantia: Quem paucis antè annis Venetiæ in celebri nobiliſſimorum Ephebeorum ſeminario Muranenſi tum Poeſi, tum humanioribus literis erudiuerunt, fouerunt, ſuſpexerunt: nunc verò Patria vniuerſa ſpectatiſſimi Iuuenis præſentia exilaratur. Quid Victor Nepos, qui, ſi momentum illud, quo homo in vitalem auram editur, à Planetarum aſpectu, ac influxu plurimum trahere, cœleſtium arcanorum indagatoribus credamus, fortunato planè ortus eſt ſydere:

1 Laurẽtius Gera Epiſcopi Nepos.

2. Victor Nepos Epiſcopi.

nam

nam omnibus fortunæ corporis: animique dotibus ornatus, eminenti corpore conſpicuus, ingenio perſpicaciſſimo, indefeſſa, ad ſtudium propenſione, ſeptemdecennis adhuc non ſolùm Poetica, ornatoriaque facultate, ſed Philoſophico iam puluere appimè eſt imbutus, vnde in pangendis carminibus facilis, in perorando rarus, & in diſputationibus acerrimus maximam de ſe concitat admirationem: nunc Iuriſprudentiæ tyrocinnium aggreſſus, ſi quid reſiduę claritatis ſupererit, proſperis huic vitam porrigentibus, amplectetur. Quid Bartholomęus natu minor? quem licet inter tenellam infantiam tarda Lucina conſtituerit, profectò, ſi quam nobis affert coniecturam tacita, ac ſuccreſcens corporis, animique diſpoſitio, hic indubitato argumento quid maximum præſagit; nam illo ore, depuratiſſimis oculis, angelico vultu vna cum Patruo nomine patrum, etiam humanitatem, patruas virtutes, patruoſque honorum faſces videtur conſecuturus. Neque reticendo Iacobi Nepotis commemorationem fraudare debeo, in quo ſublimes quæque animi dotes cum plurimarum virtutum phalange amicè certabant, cuius probitatem ſi mente recolo, prolixaque ſermone volo commendatam, nunquam tanti viri laudes, vel leuiter mihi percurrenti calcem ponerem, qui poſtquam in pręcipuis Germanię Gymnaſijs inferiores literas euoluit, Pataui omnium cum admiratione Iuriſprudentiæ latices vbertim hauſit; tandem

3 Bartholom. Episcopi Nepos.

Iacobus Gera Francisci filius, & Episcopi Nepos.

dem incredibili erga Patriam zelo, publica Cadubrij munia honorificentissimè subiuit, maiora pollicitus, nisi in ipsomet ætatis flore, dum gloriosam honorum aleam prosequeretur, summo Patriç gemitu illum fata subripuissent: & licet illius memoria in omnium visceribus uigeat, illius tamen filiolum Franciscum, tuique Pronepotem, paternarumque laudum legitimum successorem admiratur posteritas, qui nondum à teneris annis eductus, cunctis tamen tum animi, tum corporis dotibus cumulatissimus cum auito nomine auitā etiam prudentiam, ac maiestatem ex amussi videtur hæreditâsse, ac inconcussum Domûs columen se fore promittit. Prænobilem tanti stemmatis arborem ob temporis angustias inuito animo prætereo, cùm incepta Panegyris altiora meditetur: De tantis viris existimare mihi fas non est, quem in ipsomet gliscentis orationis vestibulo factorum multitudo, & prædicandorum veneratio repellunt. De doctissimis tamen, & Religiosissimis viris, quos præstantissima familia Gera licet dispari ordine, habituque, pari tamen virtute, parique honorum summitate ad ostentationem enumerat illustrissimos, pro virili dicendum est. Fas igitur sit dicere de illa excellentissima hominum specie, quç nostris temporibus diuino cultui, orthodoxęq; religioni propagandç saluberrimum affert emolumentum: Fas sit de tot sanctissimorum facinorum compendio, quibus, nescio, an alia gens pro fidei auctoramento maiora

A qua Franciscus Pronepos Episcopi.

Digressio ad Religiosos verà fidei propugnacula.

prę-

præbuerit: Fas ſit de immenſo omnium ſcientiarum theſauro, qui in iſto fæcundo agro tam altas, tam ingentis molis egit radices, vt vſque ad profundiſſimum omnium doctrinarum centrum ampliſſima baſi protrahatur. Hinc multi non infimæ notæ viri in eam conceſſerunt ſententiam; quod ſi omnium Iuriſconſultorum, Philoſophorum, ac Sacræ Theologiæ libri intercidiſſent, Gentis Gera ingenia illos ab interitu vindicarent. O vtinam tantæ ſpei lilia illa tempeſtate, qua peſtes illæ Romano Pontifici infeſtiſſimæ maxima cum Reipublicæ Chriſtianæ iactura multis in locis graſſabantur, adoleuiſſent: hæretici illi non imbelles, non titubantes, non pauidos viros, ſed fortiſſima offendiſſent obſtacula, quibus amentata illorum argumenta eneruarentur, ac funditùs debellarentur. Eò enim ſcientiarum, eó Religionis, eòque perfectionis ventum eſt, vt ſine adulandi ſtudio Proceres Gera perfectiſſimum humanarum, diuinarumque virtutum præſeferant Sacrarium, quibus illuſtres æternitatis illucent faces, innumera, eaque ſingularia decora, quę eximio ſui ſplendore omnium aciem perſtringunt. Sed ecce! mihi alia cogitanti, quatuor religioſiſſimę Veſtales Virgines ex abrupto in ſcenam prodeunt, quas pręſingulari corporis fama, compoſitorum morum elegantia, innocentięque, ac reliquarum virtutum choro olim deperibat orbis, niſi iſtis diuino amore captis cœlum inuidens in Parthenium

4 Veſtales Virgines Epiſcopi Nep. pronep.

ſacra-

ſacrarum mulierum Sodalitium trahere laborauerit, vt ibi mundo inuiſę ex pudicitiæ,ac virginitatis lilijs nuptialem cæleſti ſponſo contexerent coronam. Ex ſacro hoc cætu proſilit primò Io: Bapt. Nepos Doct. Sacerdos cunctis ſcientiarum, bonarumque artium diſciplinis præditus, qui in florentiſſimis Germaniæ Lycæis multis annis inter celebriores Muſarum alumnos educatus, Græcij autem Philoſophiam auidé arripuit, eaque non leuiter tinctus, Antenoreas Athænas perrexit, vbi Iuris ſcientiam, cui ſe totum addicebat, ſerió ac percupidè perſecutus, breui temporis interuallo ita promouit, vt omnium ſcholarium applauſu, omnique doctiſſimorum hominum ſuffragatione dignus habitus ſit, qui Doctoris inſignibus cohoneſtaretur. Cuius fama vndequaque obſtrepente ad honorifica munia, præcipuoſque honorum gradus fuit ſępius auitus, at ille patriam amans libertatem inter domeſticos parietes ad hanc vſque diem maluit religiosè viuere à maioribus expectatus. De tanti viri præconijs lubenti animo poſteros ſolarer, niſi excelſa illius animi modeſtia mihi ſtylum conſtringeret. Subit etiam cunctos Fortunati Gera felix recordatio, qui ex ſex fratribus licet natu minimus, maximus tamen fuit ingenio, quo opulentiſſimum Inſulæ Porcarèccię in Agro Veronenſi beneficium obtinuit, ibique Archipræsbiter multis magnificè, ac generosè peractis, paulò poſt inuidâ morte fuit ſubtractus.

Io. Bapt. I.V. Do. Sacerd.

Fortunatus Gera Epiſcopi Frater Sacerd. Archipreſbit.

An autem lucri, vel in Superos amore hi viri ad religionem impellantur, testis sit Andræas Gera, qui amplissimo bonorum patrimonio exuberans, sacrarum historiarum munimentis celebris, sacræque Theologię laureâ Doctor finissimas Germanię partes sibi prę fixit habitandas, Parentes, patriamque exosus. Neque huiusmodi peregrinationes suspectæ censeantur: ille namque Plautinæ sententię meminerat, Dij nos habent homines, tanquam pilas, nec etiam immemor Vlyssem Homeri carminibus celebrari, quod multorum hominum mores, multasque viderit vrbes: sed etiam Philosophos veteres, Pythagoram, Platonem, & Aristotelem doctrinę causa maximos suscepisse errores, quod idem etiam de Lycurgo, Solone, Philolao, multisque alijs proditum est: at Religiosissimus Andręas Gera humanorum terminos non curans, diuina dilataturus, non dimetiendi orbem ambitione, non plures vrbes, nationesque inuisendi curiositate, sed augendę Romanę Ecclesię Zelo allectus remotissimas illas sibi plagas delegit, vt ibi gentium chalybeatò virtutis gladio succinctus immanes illas hereticorum Hydras nouus Antęus conculcaret, illarumque resultantia capita, ac Sophisticas epptiones accerrimus Hercules opprimeret. Ad tuos tandem doctissimos, ac Reuerendissimos fratres deuenio, Illustriss. Gera! qui sicuti suo splendore cæterarum rerum gloriam operiunt, ita encomiorum multitudine omnium

Andręas Gera sac. Theolog. Doc.

Io. Bapt. fil. & Ioannis frater.

nium animis infiguntur, omnium mentibus inhęrent, perenniqui memoriæ sunt mandandi, & me de alijs cupientem dicere ad se inuitant: In quorum laudibus tam præclaris, tam diuinis diutius commorari, tenuitatis meæ non est, tantæ enim rei ostentatione mens obstupescit perterrita, illorum dignitates non valens consequi; & quamuis vix antea hos ego de facie norim, officio, quod mihi incumbit, sufficiam, si aliqua in re animum illis, meamque probarem obseruantiam: dicam tamen vt potero, vosque auditorum Corona nobilissima non ex me, sed ex totius rei natura duos hosce Fratres, duo clarissima Gentis Gera sydera, duo insolita Cadubrij lumina, duo fortissima Seraphicæ Familię columina, duo denique inuictissima Romani imperij amplificandi propugnacula penditote: qui postquam omne lac, quod ex Pegasido fonte, Rhetoriceque palatio stillabat, ebiberunt, vitam cęlibem amantes austerum, ac socrosanctum Capuccinorum cęnobium intrarunt: hocque tutissimum à rebus humanis exilium, non iustis commodis carentes, non ad vltimas redacti incitas, non scelerum illuuie coinquinati, non quauis corporis parte mutilati, aut ætatis, naturęque deficiente robore, sed in ipsomet vernantis adolescentię articulo suâ sponte assumpserunt, nullo alio freti scopo, quàm si eximia religione, sincero erga omnes cœlestes amore, cunctisque diuinis virtutibus conspicui clariorem Numini pręstarent innocen-

Digressio ad Capuccinos fratres duos Episcopi

Illorum dotes, pręstātię, facultates.

tiam, priusquam ærumnosa illecebrarum delectatio procliues decoloraret animos: Id ex voto factum fuit, cùm enim ex omnium scientiarum areis, quibus studiorum candor summopere incandebat, palmam præ reliquis reportassent, omnium virtutum fulgore singulas nationes feriente non solùm præcipuas totius Europę exhedras summo omnium applausu, summoque animarum auxilio calcauerunt, sed etiam maximis officijs, ac dignitatibus, quas illa hominum societas in meliores confert, præpositi, vniuersum fermè terrarum orbem famâ compleuerunt. Eminet R. P. Iacobus, qui magno semper diuinarum rerum amore flagrans, multa equidem scitu digna, digna auditu, animarumque ardore digna præstitit: laudari hic abnuit, ac si laudanda non sint, multitudo tamen rerum ab eo egregiè gestarum silentium rumpit, verecundiam vincit, & pergrata est recordantibus: inter primæuos illibati cætûs antesignanos industriâ, virtute, pioque exemplo elucebat, partim maioribus totius Prouinciæ cænobijs Guardianus, partim totius Asiæ regimini generalis minister pręlatus, miro ingenio, miraque prudentia omnia ex æquo & bono committebat: Si amplissimos honores animi submissione repudiauit, minores tamen non dedignabatur, ratus recusare omnes esse ambitionis, moderationis autem eligere concessos. Tanta

R. P. Iacobus, illiusque virtutes Episcopi Frater.

inde

inde facilitate, verborumque iucunditate concionabatur, vt agendo tam efficax, flectendo animos tam mirificus permulta mortalium pectora adamante duriora à vitiorum tenebris ad meliorem reduxerit frugem; tanto in omnes homines amore, pietateque ardebat, vt si quid hominibus, si quid religioni contrarium fore perspexisset, pro communi bono extrema periclitaretur: Si quid facinorosorum, si quid maleolorum sermonibus, aut contumelijs patrabatur, in eo magnoperè elaborabat, vt inhumani homines ad humanitatem, ad clementiam traduceret: Si quos in ciuitatibus, si quos extra ciuitates immortales rixas, inimicitiasque exercere, si quos alteri inferre iniurias, si quos odio occupatos, efferatosque animos persentiebat, P. Iacobus leones hosce ferociâ tumidos, roboreque tremendos agni instar mitigabat, atque ex vehementiori animorum concitatione ad mansuetudinem, ad quietem, ad beneuolentiam deducebat. Neque hoc taciturnitate est conuerberandum, quâ inediâ innocens corpus castigabat, qua Spartana disciplina per quam duriter habebat, suique semper victor, qua inopia, ciborumque tenuitate teterrimum omnium hostem deprimebat: supra mortalitatem, supraque fidem est, vt totus in diuinis commentandis abstraheretur, in quaque re alijs cedens, præterquam

propriæ

propriç vitç feueritate, susceptique habitus constantia, nihilque alijs inuidens prçter vitç sanctimoniam: de quo prolixiori voce plura, nisi hçc mihi luce ipsa clariora euomenti tantum mihi virum obseruarem subiratum. At quanto maiori gradu antecellit Reuerendiss. P. Fortunatus Gera, quem vnum ex omnibus infinitus pijssimorum hominum conuentus admiratur, cuius innumera egregiè facta, vitam, tantamque rerum maximarum varietatem aliqua ex parte commemorare, studium quidem delectabile, sed & labor non est mediocris: incredibile certé verborum, sententiarumque deposceretur flumen ad fortunati viri laudes ex parte recitandas; qui adhuc sexdecennis Sanctissimam D. Francisci militiam ingressus, semper inter çquales maior, non multorum dumtaxat conatus, at omnium vota tum vitæ sanctitate, tum scientiarum certamine superauit: hic cunctis calculis variarum scientiarum laureis insignitus, maximique ab omnibus ductus, tam tyrones, quàm viros in literis consumatos magno fructu Philosophiam, sacramque è rostris docuit Theologiam: hinc in nobilioribus Christiani coeli ciuitatibus grauissimas, omniumque eruditionum plenas habuit conciones, ad quas tanquam à nouo Paulo declamatas frequentissimi certatim confugiebant auditores: quasuis Religionis dignitates, sed Prouincialis imprimis munus multoties, ac honorificé obiit, quod negotium multum illi attulit splen-

Reuerẽdissimus P. Fortunatus Gera supremus Capuccinorum Generalis, nunc Romæ religionis Procurator, illiusque virtutes Frater Episcopi.

doris,

doris, quo de singulis prouinciis illum omnium optimum Generalem Consultorem vnanimis excerpsit electio. Supremo interim Pastore tot mille viri orbati erant, & cum de alio prospiciendum esset, non patriæ gloria, non opum potentia, non maiorum factis, non Principum gratia, aut præceptis, sed iustis, sanctisque agebatur meritis: Igitur futuræ electioni omnes vires intendebant, quà ex omnibus optimis adoptare præstantissimum, quà generosam animi magnitudinem, quà tractandorum negotiorum facilitatem veluti in solis radiis approbatam dignoscere, quà crebris ieiunijs, vigilijs, flagris, precibus, concionibus, sacræ Synaxeos expositione impensius diuinum tribunal orare, diesque supplicando ducere, ne iterata petitio ab illius arbitrio, ab illius æquitate discreparet: Tandem vigintiquatuor mille innocentissimis hominibus, tot mille voluntarijs victimis concordi omnium consensu Pater, Pastor, Fortunatus Gera præpositus fuit Generalis: ò virum excelsum, & verè fortunatum! qui proprijs humeris tantorum negotiorum prouinciam sustinere visus fuit dignus! & sanè si in tot prudentissimis hominibus diuinitùs ludebat fortuna, quem melius erat in fatis patrocinio souere, summoque dignitatis fastigio nobilitare, quàm Virum, & nomine & re ipsa fortunatum? qui postea tam sanctè, tam piè, tam iustè se gessit, vt, dummodo bis vniuersum terrarum orbem pedibus, & laudibus peragrauit,

ragrauit, cunctis Regibus, ac Principibus gratus, ab omnibusque fuerit expetitus. Nunc verò vigilantissimus totius Religionis Procurator, ac Alexandro VII. Pontif. Max. in paucis acceptus Romæ incolumem vitam agit: & sicuti in summo loco positus maiores gradus initurus non sit, cùm illum firmissimum sustentandę fidei cardinem vniuersus orbis veneretur: ego modestia alijs inferior, euntibus ordine fatis, inter supremos Ecclesiæ Principes nouo titulo adoptandum esse primus præsagio. Cæterùm nimius forsan digressus ad te reuertor, Illustriss. & Reuerendiss. Gera, & quamuis natura ipsa comparatum sit, vt quisque maiora se sustentaturum arbitretur, quàm quantum illius ingenium, viresque sufferre valeant, veniam tamen dabit clementia tua, si veritas audaciorem facit; quandoquidem ab initio hæc mei fuit summa consilij, vt Episcopum, non Episcopi facta nimio laudis ex cursu onerare, laudabilia multi peragunt, laudari autem minimè potest nisi optimus vt Tu, in quem Diuina Maiestas mirandam animi magnitudinem, plurima naturæ bona, fortunæ condecoramenta, viteque honestamenta congessit: pręstantes viros etiam maximè iuuat, si in primis annis illę sint ductę lineę, quibus futurarum virtutum effigies possint includi: apparebat in primis vagitibus sublimis quędam ad virtutem indoles, illique puerilis ætatis viuidiores conatus, vt magnis euenit viris, satis superque

Bartholomæus Gera Episcopus, illiusq; gesta, facta dignitates, tribunalia, merita, regimina, virtutes, &c.

que

que summæ sapientiæ, summæ gloriæ, summęque probitatis spem significabant: Vix in educatione alumnus, vix in constructione discipulus magnum te fore decus, lumenque, quo maius Patria non edidit, ostendebas. A natura acre, acutumque accepisti ingenium: proinde in doctioribus Academiis humanioribus literis, non vt faciunt viri nobiles, vel leniter degustasti, sed diligentissimorum hominum more animum multis lucubrationibus appulisti: vnde honorem docendi magistris, sapientiæque doctoribus non paruam attulisti dignitatem: Paulatim tenerior ætas in pubertatem sese effundebat, pristinos tamen mores seruasti innocuos, via ad libertatem patefacta sensus ad licentiam non inuitauit, neque laxari otia, neque bonorum amicitia dissolui, neque sensim remitti virtutum rigor, nec cultus, ac timor Numinis euanescere cæperunt: à quauis vitiorum contagione te repressisti, nihilque vnquam de concessis voluptatibus in sacrosanctum admisisti pectus. Ex Platone ingeniorum, doctrinarumque principe, Philosophiam esse donum Dei, quo maius bonum neque donatum esset vnquam hominibus diuino consensu, neque tribuendum; nec non ex M. Tullio Philosophiam esse medicinam animę, hanc detrahere inanes solitudines, cupiditatibus liberare, pellere timores, hanc vitæ ducem, virtutis indagatricem, vitiorum expultricem, sine hac nihil vitam hominum esse potuisse,

vitamque Philoſophorum eſſe mortis commentationem didiſceras: quocirca Germaniam, Græciam prę-cipué petijſti, totamque ſcientiam tam multiplicem, tam arduam, tam obſcuram ita animo perſcrutatus, ita mente fuiſti complexus, ita memoria ſepſiſti, vt omnes, qui per multorum annorum ſpatium eidem ſedulam preſtiterunt operam, longis paſſibus ſuperaueris: Quo facto, virtutis, gloriæque voluptate accenſus equid memoratu dignum Patauij non fuiſti molitus: Teſtes inuoco publica illa in quouis circulo ſcientiarum certamina, quo ingenij acumine, qua erudita verborum elegantia, qua copioſa ſententiarum vbertate, qua inaudita argumentandi facilitate omnium aduerſariorum tela retorquebas: Illa tempeſtate, cum quædam in Philoſophia ſuſpectę publicè venditarentur opiniones, ex tot nobiliſſimorum, ac doctiſſimorum ſcholarium cohortibus, qui ex totius orbis partibus in Euganeas oras confluunt, tu ſolus inuicto virtutis ſcuto fuiſti inuentus, qui temerariam audaciam contunderes, atque infringeres, niſi à literarum Triumuiris publico edicto tibi fuiſſet interdictum. Tanto deinde cœleſtium arcanorum ſtudio delectabaris, vt quidquid in ſacris paginis anguſtum latitaret, nulli indulgens labori excerperes. Iuris porró labyrinthos ita ingenioſè, ita purè, ita dieſrtè penetrabas, vt omnium veterum laudes pœnè adæquares, recentiorum induſtriam vinceres: quo factum eſt,

Contra Cremoninũ Publ. Philoſoph. Lectorem Primar.

est, vt humanarum, diuinarumque ſcientia excultus, immortali publicę auctoritatis ſigillo, ideſt duplici tum ſacrę Theologiæ, tum Cæſarei, ac Pontificij Iuris laurea omnium ſpectantium acclamatione, votorumque conſpiratione fueris impertitus. Iam tuum nomen in multas partes propagari cępit. Tu verò otij impatiens, nec cuius aquieſcens titulo Romam inter capeſſiſti, vt etiam ibi in ipſomet maximorum virorum Theatro, ac lympidiſſimo ingeniorum ſpeculo, quantum calleres ingenium, non diſſimulatum tui dares ſpecimen: virique illi æquitatis ſeruantiſſimi, in quibus ſummam teſtimonij collocaſti, quid de te ſentirent, arbitrarentur: Nec fruſtra. Tuarum virtutum, nominiſque celebritas præclarum cunctis fecit iudicium, & Vrbani VIII. Pontif. Max. iuſtam flexit benignitatem, qui tui nominis tuba conuerſus te Canonicum Veronenſem pronunciauit. Verona, amęnus ille priſcæ nobilitatis fons, illa ſublimium, doctiſſimorumque virorum fęcunda Parens tuum ingenium, tuam induſtriam, tuamque maturam prudentiam, velut aurum in lapide Lydio primùm habuit probatam: Nobiliſsima enim Canonicorum Congregatio Paſtorali Miniſtro priuata te præ alijs Generalem ſibi præfixit Proantiſtitem: Veronę igitur non tam fortuna, quam iudicio, & ęquitate omnia adeo peregiſti, vt, licet á primis annis negotiorum tractandorum nouitius, ſenibus tamen poſteris vera ex-

titeris gubernandi norma. In speculis tua vita fulgebat, insignis loricâ iustitiæ, factorumque constantia, ac grauitate non aliter, ac baltheo cingebaris. Quapropter Illustrissimus, & Reuerendissimus Iustinianus Veronę Episcopus in maioribus, ac delicatioribus causis te optauit Iudicem. Et Eminentissimus Marc. Anton. Bragadenus Cenetę Episcopus, & S. Rom. Eccles. Cardinalis obscurissimis, ac difficillimis mutantium negotiorum anfractibus implicitus, ad hęc lenienda, ac purganda nullum præstantiorem medicum, nullumque Bartholomęo Gera potentius inuenit medicamentum. Ea autem est viri ad publicam vtilitatem nati virtus, vt maius in dies suscipiat incrementum; nam postquam magni honorarij beneficio Insulę Porcareccię per multos annos fuisti potitus, illudque in Fortunatum Fratrem contulisti, Illustrissimus, & Reuerendissimus Ioan. Franciscus Maurocenus Venetiarum Patriarcha proprio motu Venetias te auocauit, vbi D. Barthol. Plebanum, Vicarium Generalem, summumque declarauit auditorem. Omissis igitur omnibus alijs, si fęlicissima illa tempora, quibus Venetiis, in illo Italię ornamento, stupendo naturæ, artisque prodigio, ac augusto Nobilitatis apice diuertisti, reperamus, tantam ibi gloriam, nomenque apud omnes homines tibi comparasti, vt non sine egre-
gia

gia tuarum laudum ploclamatione quibuſcunque carus, gratuſque extiteris, eaque tui ſuſpendebantur admiratione, quód omnes inuicem in te decertarent virtutes. Mirabantur omnes; qua æquiſſima lance ſupremode magiſtratu ius dicens omnia ponderares, qua Themidos maieſtate neque toruum lumen, nec venerandum aſpectum ab honeſto deflecteres minimo, vel pretio, vel precibus flecti neſcius à Chryſippò admonitus, qui oculos iuſtitiæ acres, rectos, immotoſque facit: & ſicuti nulla res magis, quám iuſtitia humanum genus lætitia perfundit, hilaritateque affluentius replet, nullaque ex virtute opimiores colliguntur fructus, quàm ex æquitate Euphratis inſtar, per quem vt potè Aſtræę ſymbolum, omnem fæcunditatem, exuberantiamque intelligi voluit antiquitas, ita ex tuo ſacrato pectore, oreque nil niſi iuſtum, nil niſi ſacroſanctum profluebat, quod per Eccleſiæ tribunalia dilabens fertili quodam, abundantique æquitatis madore cunctos Venetæ REIPVBLICÆ Proceres releuauerit. Apellet licet Plato rigidam ſpeculatricem, vindicemque iuſtitiam, tu tamen comitem in gremio refouens Prudentiam, adeo bonis, maliſque benignas præbebas aures, adeo in inſontes animaduertebas, vt data ſententia omnes concordes, omnes amico

animo conciliati, omnes denique, ex tuis subselliis discederent victores. Nec desunt, qui Gorgonis caput pro Mineruę pectore statutum, signum Prudentię esse contendant, qua qui pręditi sunt, alios confundere, alios redarguere imperitię, saxeosque efficere valeant: Tu huiusmodi nuncuparis, cui semper aureum incomparabilis prudentię priuilegium arrisit, quę tanquam à superis demissa, vt Hippocratis vtar verbis, *quæ sunt, quæ fuerunt, quæ mox ventura trahuntur* omnia prospectat, omniaque diligenter considerat: Omnibus autem ex voto habere satisfactum, magnificum est clementiæ tuę munus, magno Principum experimento, à quibus nihil esse debet tam alienum, quám nimia censurę seueritas: ideo Ouidius.

Si quoties homines peccant sua fulmina mittat
Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.
Et nisi peccassem, quidnam concedere posset,
Clementis nomen non habiturus erat.

Et alibi.

Sit piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox,
Quique dolet quoties, cogitur esse ferox.

Nullaque alia ratio Cęsarem Iulium Deorum numero ascripsit, Augustum consecrauit, Pijque dedit cognomen-

gnomentum, quàm quod clemens, placabilisque in omnes fuerit: ita hæc virtus Iudicem primùm decet, quam tu non tantùm fuisti consecutus, verùm, & comitatus. Quo Rhadamanteo iudicandi modo, benè agendi facilitate, eloquendi energiâ, discurrendique benignitate tantum tibi amorem apud nobiliorem hominum partem promeruisti, vt ad hanc vsque lucem expendant omnes tuam spectatissimam in rebus gerendis dexteritatem, in disquirendis sedulitatem, in tractandis efficaciam, in componendis diligentiam: suspiciant omnes excelsi animi magnitudinem, mentem fuci expertem, ingenium come, ac placidissimum, admirabilem in omnium congressu modestiam: & cum ex Cicerone Pietas sit omnium virtutum fundamentum, deprædicent omnes Te perfectissimum pietatis exemplar, paternum charitatis asylum, & genuinum probitatis scopum: obseruent omnes, quâ curâ, quo studio, quo animi candore, ardoreque, quibus moribus compositis, & emendatis, qua munificentia, qua liberalitate, quaque vitę integritate res Dei, & Ecclesiam administres: Eoque auctoritatis, & gratię ventum est, vt cunctę hominum classes tuis dictis tanquam Delphicis starent oraculis. Tu cunctorum Sacerdotum complementum, tu sacrarum Virginum Parens, ac suffragium, tu Religiosissimorum hominum solatium: tu arduarum causarum inter augustissimam Nobilitatem vertentium solus Arbiter: Tu pro va-

tijs Venetiarum Dynastæ negotijs solus præ multis alijs ad Innocentium X. Pontif. Max. electus Orator; Tu denique, omnium maximè semper aptus fuisti; cui Eminentissimorum Purpuratorum causę delegarentur. Et donec tuarum virtutum vela in augustissima Neptuni Sede explicabantur, nullus ibi facinorosi aspectûs Cometa, nullus æstuantis pelagi pręceps scopulus, nullus voracis Scyllæ, aut Charybdis metus, nullusque laborantium animorum odio rixisque in diuina furentium persentiebatur impetus: sed Bartholomęo Gera Patriarchalis Fori auditore, caduceum, togatumque semper in Veneto cœlo Pacis simulacrum cum oliuę ramis, vt ait Virg.

Paciferaque manu ramum prætendit oliuæ.

ac augusto Philippi sigillo cum inscriptione, Pax æterna visebatur: & quamquam Maro Pacis vexillo insignem fingat Numam ab Anchise ortum; cui pacem semper fouenti ob iustitiam, ac integritatem nemo vnquam bellum intulerit. Æneid. lib. 6.

Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ
Sacra ferens? nosco crines, incanaque menta
Regis Romani, primus qui legibus vrbem
Fundabit, Curibus paruis, & paupere terra
Missus in imperium magnum.

Quo

Quo maiori præconio Tu celebrandus, qui ſagaci administratione mirum in modum currentibus facilem aditum, ſignibus autem calcar ad religionem ſtrauiſti: qua mentis ſerenitate ſimultates tollebas, quâ animi tranquillitate tumidos infringebas, quo charitatis conſortio humiles diligebas, quo amoris vinculo hoſtiles, iratoſque homines concordabas, ſedabas, compeſcebas. In hoc autem à Supremo Venetiarum Patriarcha inferior videbaris, quod ille Paſtorali ſceptro, tu verò non tam ingenio, quàm nutu Venetias dirigebas. quæ cum ita ſe habeant, quis ex tot doctiſſimorum hominum confluxu ad hoc ſublime dignitatis ſolium maiori ratione euehi debebat, quàm Tu Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Antiſtes! qui non tantùm æui noſtri literatos viros longè exuperaſti, ſed etiam continuatis ſemper exercitus negotijs meliorem, maioremque ætatis tuę partem in augendo Romanæ fidei, rerumque diuinarum beneficio conſumpſiſti: quæ omnia ſi in vnum mecum reputo, citra diſputationem reperio, nullum hac dignitate digniorem, nullum præter te Tyarâ magis nobilitandum. Hinc omnes etiam inuiti feram tibi deuouent immortalitatem, cúm nemo ſit tam ſui ignarus, tam tui immemor, qui tuum locum poſt te concupiſcat, præſentiſque curæ molem ſit ſubiturus; totum enim encomiorum compendium, quę vel in prioribus deſiderari, vel poſteris futuris addi

H pote-

poterunt, solus praeferis. O Virum verè maximum, immortalique memoria ad posteritatem æternandum! qui tuum nomen, propriamque familiam Gera, nec non vniuersam Patriam tuo spendore illustrasti: ô felicem etiam, ac fortunatam Patriam, si tales Heroas é sinu emittis! non te imposterùm mordebit Athenarum liuor, quò Themistocles, Phociones, Pericles, Alcibiades, Nicias ediderit; Non Romę fastus, quòd Scipiones, Fabios, Marcellos, Marios, Camillos, Æmilios pepererint: fortassis contenderes, parique forsan incederes gradu: Creta simul mendacis Iouis gloriata cunabulis, geminisque Delos superba numinibus Apolline, Dianaque, & Nobiles Thebæ alumno Hercule palmam iam cedant Cadubrio: Sed feliciorem nobilissimam Feltriæ Ciuitatem, quę alias religionem semper amans, summorumque virorum præsentiam iusté merita, nihil felicitati suę poterat melius astruere, quàm Bartholomæum Gera habuisse Antistitem; & planè multi hęsitant ancipites, an nobilis vrbs ausa fuisset optare meliorem: De quo plurima à disertissimo Oratore dicenda essent, quæ mihi tum integerrimi animi tui modestia, tum tenuitatis meę, temporisque detrahit inopia: Hoc tamen ad extremum immortali sit tibi elogio, quòd, sicuti tuarum dumtaxat virtutum, meritorumque actuario Infulam obtinuisti, ita omnes cuiuscunque nationis sumus, cùm fortuna tibi indul-

gendo nunquam defatigata sit, vt ad maiores honorum gradus, ad Eminentissimum Purpuratorum cętum, ad maius denique Romani imperij augmentum tibi vita fælix, diutinaque sit, Æternum Numen enixè comprecamur. Dixi.

FINIS.

Ad Illustriss. & Reuerendiss.

BARTHOLOMÆVM GERAM

Episcopum Feltrensem

EPIGRAMMA.

QVas in Palladijs messes, Sacrisq; parasti,
Quas in Socraticis, Cæsareisq; scholis;

Quam maiestatem Themidiq; Forisq; tulisti,
Quæ dederas sacris commoda plura locis;

Inde triumphali fructus decerpis in agro,
Maturos, meritis præmia digna tuis;

Cùm te condecoret Mitrhati culmen honoris,
Magnàq; Christicoli sit tibi cura gregis:

Huc veluti fueras olim virtute vocatus,
Pontificis speciem mente, animoq; ferens:

Sic immortalem palmæ tibi construit orbis
Pyramidem, quæ post Fata superstes erit.

Si frontem sanam, doctam, canamq; requiris,
Non meliore loco stare Tiara potest.

Idem qui supra, posuit,
Seruitutis obsequio,
Io. Bapt. Fabri Doct.

Eidem Episcopo Romam ituro, ac ab omnibus expectato faustum iter præsagiunt Musæ.

EPIGRAMMA.

Reginam, Dominamq; Maris iam deseris Vrbem,
Altaque Tarpei mœnia Martis adis;
Siue mari, terraue velis, seu ire superbo
Fastu securum quodlibet ibis iter.
Dat Philo Cecropius nauim, dat Nereis æquor,
Æolus æquato turbine scindit aquas.
Vndique firma suo solido stat robore Tellus,
Idaliasque parat sternere Flora vias,
Tartareis & equis quouis carpenta trahuntur,
Quos non Oenomous, quos neque Glaucus habet.
Quæque sub immenso stabulantur fornice Lunę,
Cuncta profecturo dant elementa fidem.
Roma caput mundi, cœlo gratissima, Terris
Inclyta, septenis quos domat vna iugis,
Imperij, Fideique Parens, Templumque Tonantis,
Te nunc expectat, teque videre cupit;
Hinc te purpureo venerandus murice Cœtus,
Hinc te prædominans Curia sacra petit;
Diuinique gregis Pastor te Maximus optat,
Vestiat vt dignum laurea sancta caput.
I felix igitur; cernes ibi certus amicum,
Nempe bonum nomen, quod tua fama tulit;
Absenti si sacra tibi datur Infula, quando
Præsentem noscet, quid tibi Roma dabit?

Per-

Perilluſtri, ac Reuerendiſs. in Chriſto P. Fortunato Gerę, Epiſcopi Fratri, olim Capucin. Generali, nunc totius Religionis Procuratori Romæ,

EPIGRAMMA.

Diuitijs quamuis fueris perpluribus ortus,
Ingenijs ſummis, nobilibuſque Viris;
Omnia miſſa facis, Patriamque, Lareſque peroſa,
Tota tibi tellus puluis, & vmbra fuit.
Ad Cœlum meditaris iter, cœleſtia carpens
Caſtra, quibus colitur nocte, dieque Deus.
Propria ſi mos eſt inponere nomina rebus,
Tu fortunato nomine dignus eras;
Eſt in te virtus, pietas, eſt Numinis ardor,
Et Franciſcano Phœbus in orbe nites;
Vincis Ariſtotelem genio, vel mente Platonem;
Nam te doctrina vincere nemo poteſt:
Ingenio ſuper aſtra volas, tibi regia cœli
Atria, vis, virtus, aula, locuſque patent;
Eloquio præſtas, Cicerone diſertior ipſo,
Diuino raptus flamine, luce, foco;
Voce Dei Verbum pandis, Romanaque ditas
Imperia, innumeros ducis ad aſtra viros;
Millibus ex multis ſola virtute refulgens,
Rex, Pater, & Paſtor Religionis eras:
Religio maiora tibi donare nequibat,
Libertas etenim, pauperieſque negat.
Si fortunatos iuſtâ ſors lege fouebit,
Et tibi digna dabit, debita, quantus eris?

Ad Illustriss. atq; Excellentiss. D.D.

PETRVM BASADONA,

Eq; ac D. Marci Procuratorem, &c

EPIGRAMMA.

ADriaci Sydus, generosaque gloria Cœli,
Inuictæque tuæ firma columna Domûs;
In te Pierides, Charites, Pallasque triumphant,
Præcipui Fasces, purpureumque decus;
Quique prius patrijs splendebas Phœbus in vndis,
Virtutum radios spargis vbique tuos:
Te rex Hispanus nouit, nunc Roma fatetur,
Eloquio quantum, consilioque vales.
Et licet Aula Duces geminos Neptunia nolit,
Non tamen hoc stabili lege perenne riget.
Diuisum Imperium Veneto cum Principe seruas,
Hic regnum sceptro, Tu regis ingenio.
Quid superest tibi, felicem nisi ducere vitam?
Sunt etenim meritis sceptra parata tuis.

Ad

Ad Religiosissimum in Christo Pat. IACOBVM GERA Concionat. Episcopi Fratrem Capucin. Romæ.

EPIGRAMMA.

HVmanis, sacrisque simul virtutibus auctus,
Maximus ingenio, iudicioque potens,
Vnguibus à teneris, primoque in flore iuuentæ,
Flos incorruptæ Virginitatis eras:
Telluris contemnis opes, diuina sequutus,
Diuinum Verbum, qua data porta, ferens.
Excubijs corpus, flagris, spinisque flagellas,
Et replet stomachum paruula quadra tuum:
Non tua plumatas gula poscit ab aere prædas,
Nec Cleopatræas percupit esse dapes.
Exemplo cunctis æternum pandis Olympum,
Normaq; cœlestis Religionis eras:
Fama tamen nuper totum penetrauerat orbem,
Quòd rueret, Cœlo Scylla negante ratem;
Et modo Romuleis phœnix mihi nasceris oris,
Teque rogo iuuenem parturiente facis.
Non miror, quamuis nimbosis bruma procellis,
Radicem, florem, semen & omne ruat:
Lilia Vere tamen redeunte priora virescunt;
Semper enim primam vim sibi seruat humus.
Lilia si posthac tellus, pietasque negabit,
Frumento lolium ceu mihi triste foret,
Non meliora volo, primùm nisi Roma probabit;
Nam mihi Romano semine nata placent.

Ad

Ad Præclariſs. ac Excellentiſs.

IO: BAPTISTAM GERAM,

Iuris V. Doct. Epiſcopi Nepotem, & magni nominis Sacerdotem.

EPIGRAMMA.

NOn alio te Fata volunt de Stemmate natum,
Maxima ſi de te ſymbola mundus habet;
Fragrantes variæ redoles virtutis odores,
Qui ſuperant Tyrios, Aſſyrioſque locos.
Auſtriacæ memorent Muſæ, Sophiæque palæſtræ,
Quæ roſa, qui ſuauis flos, & amenus eras.
Euganeæque ferant Oræ, dum Daphnide cunctos
Sacratos latices, Cæſareoſque legis.
Quærere quid doctis in campis plura laboras?
Si venit ex cerebro docta Minerua tuo.
Maiores quamuis Faſces tibi ſpondeat Orbis,
Patria libertas te magis ipſa iuuat;
A Patruis differs, Patriam ſi nomine tollunt,
Tu præſens recreas nomine, reque tuam.



AD

Ad Præclariſs: ac Nobiliſs. LAVRENTIVM, VICTOREM, ET BARTHOLOMÆVM

Epiſcopi Fratres, Nepotes; necnon Franciſcum Pronepotem.

EPIGRAMMA.

O Vos ſublimis, præclaraq; GERA Propago,
 Firmaque conſpicuæ ſpes, columenque Domûs;
O vos frugiferâ creſcentes arbore fœtus,
 Qui tantæ primis floribus eſte ſpei;
Innocuos candore mihi ſuperatis olores,
 Non fuco mens eſt illita, nullà dolis;
Illuſtres numeratis Auos, claroſque Parentes,
 Et Patruos ſummo cernitis eſſe loco;
Ver agitiſque Mydæ, Crœſi, Craſſique per agros,
 Quos rigat immenſis Nilus, & Hermus aquis;
Scanditis egregiæ celebres Capitolia famæ,
 Quæ per vtrumq; polum maxima veſtra volat;
Primæuo quamuis vernetis flore iuuentæ,
 Vos virtus toto iactat in orbe ſenes:
Si bonus inde bonis, fortis fortique creatur,
 Nec procul à proprio ſtipite poma cadunt,
A Patribus,Patruiſq; nihil diſtabitis iſtis,
 Si bene vos cœpto pergitis ire gradu.
Macti animis igitur, Pyliamq; agitate ſenectam,
 Virtuti vobis hæc ſit imago ſatis.

Ad

Ad Illustriss. & Reuerendiss. BARTHOLOMÆVM GERA Episcopum Feltrensem

EPIGRAMMA.

QVI patrijs quondam Titan discesserat Oris,
Quouis Italiæ clarus in axe nitens;
Quem Verona, maris quem Regia, Romaq; norunt,
Vrbes præcipuæ, nobiliorque locus;
Vndique diuino Clypeo qui tectus, adauxit
Æternamque fidem, sanctaque Templa Dei;
Nunc mihi Phœbœâ, maioreque luce coruscas,
Donaque sollicito digna labore refers;
Scilicet Antistes, Præsulque sacratus oriris,
Mithratusque tuum iam caput ornat honos.
Ex hoc innumeri geminatis plausibus, edunt
Gaudia, iucundus fertur vbique sonus;
Præ reliquis gaudent Ciues, Clerusq; Cadubrî,
Quòd Patriam, propriam perpetuasque Domum.
Præteritos memorent alij, Heroasq; futuros,
Quos dat abundanti Patria nostra solo,
Pallada, stemma, Viros, ceras, seu miror honores;
Omnibus ex votis Tu mihi maior ades.

Seruitutis obsequio, & obseruantiæ monumento gratulabatur



Bartholomæus Fabri à Resinico S. Viti, Primus Plebanus S. Mariæ Candidis, in natali, & amœnissimo loco dicti Episcopi Cadub.